This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

NONIVS MARCELLVS

EDIDIT

W. M. LINDSAY

VOL. III

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMXIII

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Naturstudien im Hause.

Plaudereien in der Dämmerstunde.

Ein Buch für die Jugend von Dr. K. Kraepelin. Mit Zeichnungen von O. Schwindrazheim. 2. Auflage. 1901. In Original-Leinwandband ℳ 3.20.

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

nungen von O. Schwindrazheim. 1901. In Original-Leinwandband ℳ 3.60.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Streifzüge durch Wald und Flur.

Eine Anleitung zur Beobachtung der heimischen Natur in Monatsbildern. Für Haus und Schule bearbeitet von Oberlehrer Bernhard Landsberg. Dritte Auflage. Mit 44 Illustrationen nach Originalzeichnungen von Frau H. Landsberg. 1902. In Original-Leinenband M. 5.—

[illegible]

(Pädagogisches Archiv 1902, Heft 1.)

[illegible]

(Königsberger Hartungsche Zeitung.)

Heimatklänge aus deutschen Gauen.

Für Jung und Alt ausgewählt von Oscar Blankenburg.
Mit Buchschmuck von Robert Engels.

I. Aus Wald und Feld. [illegible] Gedichte aus Frühlingszeit.
II. Aus Jahreszeit und Naturgrund. [illegible] Gedichte aus Sommerzeit.
III. Aus Lebenslust und Erinnerung. [illegible] Gedichte aus Herbstzeit.

In Originalleinenband geheftet [illegible] M., gebunden [illegible] M.

[illegible]

Verlag von B. G. Teubner in Leip

Zum Aufsatz-Unterricht

Man verlange das Verzeich

der im nachstehend
aufgeführten und anderen Büchern

behandelten Themen:

Binder, Dispositionen zu deutschen Aufsätzen für die Zweite Jahrestage Zwanzigstaten. Neues Handbuch. geh. ℳ 4.—, geb. ℳ 6.—

Gartenauer, Dispositionen nach Themenkreisen zu deutschen Aufsätzen. Neue Folge. 24. Aufl. 2 Bändchen geh. je ℳ 1.—, geb. je ℳ 1.50.

—— praktische Anleitung zur Anfertigung deutscher Aufsätze. 4. Auflage. geh. ℳ 2.40, geb. ℳ 2.60.

Geiler, Sammelheft. geh. ℳ 0.80.

Gaßner, praktische Aufsatzlehre. geh. ℳ 2.—, geb. ℳ 2.50.

Grube, Beispiele für Aufsätze von den Schülern der höheren Bürgerschulen. 1. Bändchen geh. ℳ 0.80, geb. ℳ 1.—. 2. Bändchen geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.60. 3.—

Hoffmann, Die Themata zu deutschen Aufsätzen. geh. ℳ 1.—, geb. ℳ 1.40.

Kuppel, Aufsätze für den Unterricht in der deutschen Sprache. 8. Aufl. kart. ℳ —.80.

Krumbach, deutsche Aufsätze. Bändchen. geh. je ℳ 1.—, geb. je ℳ 2.—.

Oberschulz, praktische Anleitung zur Verfertigung der deutschen Aufsätze. 2. Aufl. und Aufführung deutscher Briefe. 4. Aufl. kart. ℳ

Rotenpiel, kurzgefaßte Anleitung zu den deutschen Aufsätzen. geb. ℳ 1.80.

—— Neue Folge. ℳ 1.50.

Rommann, theoretisch-praktische Anleitung zur Fertigung deutscher Aufsätze. 7. Aufl. geb. ℳ 1.40, 2.—

Wilhelm, [illegible] 2. Aufl. geb. ℳ 1.80.

Zeller, Prof. Dr. C., Beispiele zur deutschen [illegible] geb. ℳ —.80.

Prospekte unentgeltlich und postfrei von der Verlagsbuchhandlung
B. G. Teubner in Leipzig.

Nonius Marcellus

NONII MARCELLI

DE CONPENDIOSA DOCTRINA

LIBROS XX

ONIONSIANIS COPIIS VSVS EDIDIT

WALLACE M. LINDSAY

VOLVMEN III

LL. V—XX ET INDICES CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII

818.4
N82cL
v.3

SIGLA CODICVM

QVI IN HOC VOLVMINE ADHIBENTVR.

A^A	fons codicum H et PE.
B^A	fons codicis G et correctionum $H^2L^2P^2E^2$.
Bamb.	codex Bambergensis M. V. 18, saec. X^1.—XI^1.
C^A	fons codicum Paris. 7666, Lugd., Bamb.
D^A	fons codicum Paris. 7665, Montepess., Oxon.
E	codex Escorialensis M. III 14, saec. X^1.
G	codex Gudianus (Wolfenbuettel. 96), saec. X^1.
H	codex Harleianus (Mus. Britann. 2719), saec. IX^1.—X^1.
L	codex Lugdunensis (Voss. lat. fol. 73), saec. IX^1.
Lugd.	codex Lugdunensis (Voss. 4to. 116), saec. X^1.—XI^1.
Montepess.	codex Montepessulanus (212), saec. IX^1.—X^1.
Oxon.	codex Oxoniensis (Bibl. Bodl., Canon. Class. Lat. 279), saec. X^1.
P	codex Parisinus (lat. 7667), saec. X^1.
Paris. 7665	codex Parisinus (lat. 7665), saec. X^1.
Paris. 7666	codex Parisinus (lat. 7666), saec. X^1.
Σ	codices recentiores vel aliquot vel plerique.

LIBRARY
UNIVERSITY

V.

INCIPIT DE DIFFERENTIA SIMILIVM SIGNIFICATIONVM.

CVPIDO et AMOR idem significare videntur. et est diversitas. cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Plautus Bacchidibus (fr. XIX):

Cupidon té consevit ánne Amor?

idem in Curculione discrevit et vim eiusdem diversitatis expressit dicens (3):

quod Vénu' Cupidoque ímperat suadétque Amor.

Afranius in Omine (221):

amabit sápiens, cupient céteri.

cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus. Vergilius (Aen. VI, 721):

quae lucis miseris tam dira cupido?

cum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore (854):

Cupido, quántus es!

10—14 INC.—iud.; 21—24 cupidinem—ipsum.

---

10 INC. *om.* D^A || 11 *sic in indice ad init. lib. I; h. l. post* SIGNIFICATIONVM *add.* PER LITTERAS ID EST (PER L. PRIMO INCIPIT *PE*) PER C LITTERAM $L^{AA}C^A$: PER LITTERAS *omissis rell. verbis* D^A (INC. DE DIFFERENTIIS VERBORVM *G*) || 12 set est d. *Mu.* || 15 tecum saevis: tecum sicut *Servii Daniel. codd. ad Aen. IV, 194*: *correxi*: tecum saevus *Mu.* || 16 discr. haec et (?) Mu. || 18 quo Plaut. || (suadet *a. P*) || 20 ambit LB^A || 25 o Cupido Plaut.

Naevius Gymnastico (55):

edepól Cupido, cúm tam pauxillús sis, nimi' multúm vales.

Inter AMARE et DILIGERE hoc interest, quod amare vim habet maiorem, diligere autem est levius amare. Cicero ad Brutum (fr. 5): 'sic igitur facies et me aut amabis aut, quod contentus sum, diliges'. — et lib. IX (I, I, 1): 'Lucius Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat'. — idem ad Dolabellam (ad Fam. IX, XIV, 5): 'quis erat qui putaret || ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, ante dilexisse'.

PERIRE et INTERIRE. plurimum differentiae habet, quod perire levior res est et habet inventionis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captivis (690):

qui pér virtutem périit, at non ínterit.

ALERE et EDVCARE hoc distant: alere est victu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere. Plautus in Menaechmis (98):

nam illíc homo hominis nón alit, verum éducat.

Accius Andromeda (114):

alui, éducavi: id fácite gratum ut sít seni.

Inter TOLLERE et AVFERRE est diversitas. tollere est levare et erigere; auferre, levatum transferre. Vergilius lib. VIII (439):

tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores.

28—29 Inter—amare; 4—10 Per.—educere; 14—15 Inter—transf.

---

27 tam pau. cum *Havet.* (*Mél. Graux, p. 810*) || paus. (pauc. *ex* paul. L^1) || 30—31 *cf. 264. 6* (*s. v.* contentus) || 31 quod *om.* *L*: quid *codd. 264*: quo *ed. a. 1476* || 32 lib. IX *secl.* (?) *Mu.* || lucilius || 2 habeam $L B^A$ || 3 antea *codd. Cic.* || 4 habent *Ald., fort. recte* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 50*) || 5 innovationis *Mu.* || 7 perit (*etiam Plauti codd.*) || aut $B^A C^A D^A$ || 11 non aut verte (*vere* E^2) *ducat* || 15 (et *om.* G^1) || legatum: *corr. Passerat.*

Turpilius Philopatro (194):

simul círcumspectat: úbi praeter se néminem
videt ésse, tollit, aúfert; ego clam cónsequor.

Varro Sexagesi (496): 'nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, sed tollit, nisi veneno?' 20

HORRENDVM et HORRIDVM habent plurimam diversitatem. est enim horrendum taetrum et vitabile. Vergilius Aen. lib. III (679):

concilium horrendum.

horridum plerumque exstans et prominens et erectum. 25
Vergilius Aen. lib. IV (251):

et glacie riget horrida barba.

Plautus in Pseudolo (68):

papíllarum horridulárum oppressiúnculae.

Accius Medea (412): 30

ut tristis túrbinum
toleráret hiemes, máre cum horreret flúctibus.

Lucilius Satyrarum lib. XVI (15):

† etit ‖ quos divitiae producunt, et caput ungunt 1
horridulum.

M. Tullius de Republica lib. I (63): 'sed ut ille qui navigat, cum subito mare coepit horrescere'. — idem de Republica lib. IV (6): 'horum in severitatem 5

22—25 Horr.—prom.

19 tulit LA^A: tollit *vel* tolit (*sic in archetypo*) B^A ‖ 20—21 *cf. 407. 10* ‖ 20 nunquis (numquis) *codd. 407* ‖ 21 tollet *codd. h. l.* ‖ 23 II $C^A D^A$ ‖ 25 et terestum A^A: et terenstum LB^A: *corr. Me.* ‖ 29 -ungulae: *corr.* B^A ‖ 32 hiemens L ‖ m. c. horret: *corr. Both.*: c. m. horret *Voss.* ‖ 1 et ii (hii, i) B^A: hic (*plur.*) *Mu.* ‖ *fort.* en quo ‖ ut c. u. h. *Mu.* ‖ 5 h. enim s. Maius: h. severitate (?) *Mu.*

dicitur inhorruisse primum civitas'. — Varro epistula ad Caesarem:

"ínterea prope ad óccidentem sólem inhorrescít mare."

Sisenna Hist. lib. IV (104): 'subito mare subhorrere, caecosque fluctus in se provolvere'.

10 Inter MENETRICEM et PROSTIBVLVM hoc interest. menetrix honestioris loci est et quaestus; nam menetrices a manendo dictae sunt, quod copiam sui tantummodo noctu facerent; prostibula, quod ante stabulum stent quaestus diurni et nocturni causa. Plautus in Cistellaria manifestissime discrevit (331):

15 intrábo:
nam méretricem adstare ín via solám prostibuli sáne est.

GENETRIX a MATRE hanc habet distantiam, quod genetrix semper quae genuerit nuncupatur; mater aliquando pro nutrice ponitur. Vergilius lib. VIII (631):

20 geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros et lambere matrem
inpavidos.

Plautus Menaechmis (19):

ita fórma simili púeri, ut matér sua
25 non ínternosse pósset, quae mammám dabat,
neque ádeo mater ípsa, quae illos pépererat.

10—14 Inter—causa; 17—19 Gen.—pon.

---

6 inaruisse (*pro* inoruisse): *corr. Ald.* || 7 horrescit (*praec.* m): *corr. edd. ex Pacuvii versu ap. Cic. Div. I, 24* i. p. iam occidente sole inh. m. || 8 *cf. 449. 7* (*s. v.* caecum) || III *codd. h. l.* || subhorrescere *Bentin.*: persubhorrescere *codd. 449* || 10—11 men- *L B*^{A}: mer- *A*^{A} *ut vid. C*^{A} *D*^{A} || 10 prostibulam: *corr. B*^{A} || 12 man. *tuetur Thielmann.* (*Arch. Lat. Lex. III, 539*) || 13 prostibulo *C*^{A} *D*^{A} || stabulo *L*: -la *A*^{A} *C*^{A} *D*^{A}: *corr. B*^{A} || starent *Mu.* || 15 intra bonam *H*^{2} *ut vid.*: intro bonam *L A*^{A}: intro abonam *B*^{A} *ut. vid.* (*sic G*; intrad b. *H*^{2}, intra b. *E*^{2}): intro abeo nam *Both.*: *codd. Pl. n. l.* || 16 prostibula: *corr. Me.* || 17 habet] debet *L*^{1} *C*^{A} (*non Bamb. Lugd.*) *D*^{A} || 19—21 (pu.) *cf. 316. 17* || 21 (et)—22 *cf. 343. 35* || 23—26 *cf. 343. 30* || 24 uti *Camerarius.*

PVDET et PIGET. hoc distat; pudet enim verecundiae est, pigere paenitentiae. Plautus in Pseudolo (281):

nímio id quod pudét facilius fértur, quam illud quód piget:
nón dedisse istúm pudet; me, quía non accepí, piget. 30

idem Trinummo (345):

pól pudere quám pigere praéstat totidem lítteris.

Accius || Neoptolemo (471): 1

dolét pudetque Graíiûm me et veró piget.

idem Andromeda (103):

nec quî te adiutem, invénio. hortari púdet; non prodesse, íd piget.

Turpilius Demetrio (18): 5

pudét pigetque meí me.

Pacuvius Doloreste (143):

quid quod iam (eí mihi!)
pigét paternum nómen, maternúm pudet
profári? 10

Sallustius in Iugurtae Bello (95, 4): 'nam postea quae fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere'. — Varro Parmenone (395): 'pudet me tui et Musarum. agnoscere. piget currere et una sequi'.

OSCVLVM et SAVIVM his intellectibus discernuntur, quod 15 ab ore osculum, savium a suavitate dicitur. Varro de

---

27—28 Pud.—paen.; 15—16 Osc.—dic.

---

27 distant *ed. princ.* || pudere en. *Quich.* || 28 piget *ed. princ.* || 29 pudet *Pl.*: piget || 1 neoptole modo et p. gravium: *corr. Fruter.* || 3—4 anpromedane: *corr. Lips.* || 4 quiete: *corr. Iun.* || inveni (*seq.* ho.) A^A || piget *Ald.*: pudet || 8 quid quondam et mihi: *corr. Mu. post Bergk. et Umpfenbach.* || 12 quae fecerat A^A: quae te fecerat *L*: quae te fecerit B^A || incretum *L* || deserere *L* || 14 agn.] ac nostri *Bue.*: agonos cerei Vahlen. vana *s. Haupt.*: *fort.* non assequi.

Vita Populi Romani I: 'ideoque hoc ab ore dicitur osculum, non a suavitate, unde, quod simile sit, savium'.

Inter SACRIFICARE et LITARE hoc interest: sacrificare est veniam petere; litare est propitiare et votum inpetrare. Vergilius Aen. lib. IV (50):

tu modo posce deos veniam sacrisque litatis;

id est: impetratis. Plautus in Poenulo (489):

si hercle ístuc umquam fáctum est, tum me Iúppiter faciát ut semper sácrificem, neque umquám litem!

EXPLERI et SATIARI hanc habent differentiam. expleri est tantummodo plenum esse; satiari, supra modum et *ad* abundantiam. Lucretius lib. III (1003):

deinde animi ingratam naturam pascere semper atque explere bonis rebus satiareque numquam.

M. Tullius de Republica lib. VI (1): 'graves enim dominae cogitationum lubidines infinita quaedam cogunt atque imperant: quae quia nec expleri nec satiari ullo modo possunt, ad omne facinus inpellunt eos quos inlecebris suis incenderunt'.

1 ARCVS et ARQVVS hoc distant. arcus enim || omnis suspensus fornix appellatur; arquus non nisi qui in caelo apparet, quam Irim poetae dixerunt. unde et arquati dicuntur quibus color et oculi virent quasi in arqui similitudinem. Lucretius lib. VI (526):

tum color in nigris exsistit nubibus arqui.

19—20 Int.—imp.; 26—28 Expl.—abund.; 1—3 Arc.—dixerunt.

---

17 I (*E*) *vel* L (*L G*) *vel. om.* (*H P*): lib. I *Roth.* (*seq.* i) || **18** simile] suave *Me.* || saviunt: *corr. Me.* || **23** imp. <votis> *Mu.* || **24—25** tu me Iup. fac iam u. (?) *Mu.* || **25** faciam (fac iam) || nec *codd. Pl.* || **28** *add. Mu.* || **30** *cf. 298. 9* || VI *codd. h. l.* || **30** expleri *codd. h. l.* || satiareque H^s: -rique *rell.* || **33** quia *exp.: corr. B4.*

FORS et FORTVNA hoc distant. fors est casus temporalis; Fortuna dea ipsa est. Accius Astyanacte (179):

itera in
quibu' pártibu' (namque audíre volo,
si est quem éxopto) et quo cáptu' modo, 10
fortúnane an forté repertus.

idem Andromeda (109):

múlti iniquo, múlier, animo síbi mala auxere ín malis,
quíbu' natura práva magi' quam fórs aut fortuna óbfuit.

Lucilius Satyrarum lib. XIII (4): 15

cui parilem fortuna locum fatumque tulit fors.

idem in eodem (2):

aut forte omnino ac fortuna vincere bello:
si forte ac temere omnino, quid rursum ad honorem?

Varro epistula ad Fufium: 'dices (Ter. Phorm. 841): 20

«o Fórs Fortuna, quántis conmoditátibus
húnc diem!»'

FERVS et FEROX. hanc habet distantiam. ferus est saevus; ferox, fortis. Accius Tereo (644):

novus [nova dabunt] ádvena animo audáci in medium 25
próripit sesé ferox.

Sallustius in Iugurtae Bello (106, 3): 'ille animo feroci negat se totiens fusum Numidam pertimescere'.

6—7 Fors—ipsa est; 23—24 Ferus—fort.

---

7 est ipsa *LB^A ut vid.*: est *del. Ald.* || 10 quam *B^A* || 11 repertur (-ritur *H*[1]): *corr. Me.* || 13 inquo: *corr. Iun.* || ausere (haus.): *corr. Gulielm., Me.* || 19 cursum: *corr. Mu.* || 20—22 *cf. 117, 4* || di quaeso fors fort. *codd. h. l.*: dices o fortuna o fors fort. *codd. 117* || 23 habent *Ald., fort. recte* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 50*) || 24 saevum: *corr. ed. princ.* || 25 *secl. Mu.* || novus nova d. *A^A*: novus novo d. *LB^A* || 27 fusam *B^A* || numidiam *LB^A*.

Vergilius Aen. lib. II (326):

ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit.

30 idem lib. IV (135):

et frena ferox spumantia mandit.

ANTICVS et ANTIQVIOR ut gradu, ita et intellectu distant. nam anticum significat vetus. Vergilius in Georgicon lib. II (209):

35 antiquasque domos avium.

antiquior melior. Varro Rerum Humanarum lib. XX:
1 'neque idonei cives aliquid habent ‖ antiquius salute communi'. — Accius Phoenissis (596):

áb drácontis stírpe armata exórtus, genere antíquior.

Lucilius lib. XIV (8):

5 quin potius vitam degat sedatu' quietam,
quam tu antiquiu' quam facere hoc fecisse videris.

M. Tullius de Amicitia (26): 'hoc quidem proprium est amicitiae; sed antiquior et pulcrior et magis a natura ipsa profecta'. — idem de Republica lib. I (inc. 2):
10 'sic, quoniam plura beneficia continet patria et est antiquior parens quam is qui creavit, maior ei profecto quam parenti debetur gratia'. — M. Tullius ad Caesarem

---

32—33 Ant.—vetus.

27—29 *cf. 307. 15* ‖ 30—31 *cf. 304. 38* ‖ 31 ac *Verg.*: at *codd. 304* ‖ mandet: *corr. A*[4] ‖ 33 anticus *ed. princ.* ‖ 35 *cf. 461. 18* ‖ 1 bonei *Mu.* ‖ 2 fenissarum: *corr. Ald.* (*cf. ad v. 4*) ‖ 3 surpe *L* ‖ amata: *corr. Gulielm.* ‖ exoratus: *corr. Fruter. et Scal.* ‖ 4 *fort.* L. Satyrarum l. *Illud* Sat. *compendio adscr. in mg. causa erat erroris in v. 2* ‖ 5 vita: *corr. ed. a. 1471* ‖ degas *Iun.* ‖ 6 videaris: *corr. Dousa, Me.* ‖ 7 an esset h. c. p. a. *codd. Cic.* ‖ 10—13 patria—lucrum *om. L A*[4] ‖ 11 siqui: *corr. cod. Iun.* (*Animadv. p. 261*).

iuniorem lib. III (27): 'ego autem antiquissimum † oriundum Scythis, quibus antiquior laetitia est quam lucrum'.

FAVSTVM et FESTVM his intellectibus discernuntur. etenim faustum quasi a favendo dictum ac per hoc prosperum et propitium, unde contra infaustum minax et inprosperum; festum vero sollemniter laetum et feriatum. Vergilius Aen. lib. VI (70):

festosque dies de nomine Phoebi.

et Terentius (Andr. 956):

o faústum et felicém diem!

CVIVS et CVIATIS. haec est differentia. cuius ad personam refertur hominis; cuiatis unde significat. Accius Telepho (625):

qui néque cuiatis ésset umquam pótuimus,
multa érogitantes, scíscere . . . . .

ANIMVS et ANIMA hoc distant. animus est quo sapimus, anima qua vivimus. Accius Epigonis (296): sápimus animo, frúimur anima. síne animo anima est débilis.

Varro Andabatis (32): 'in reliquo corpore ab hoc fonte diffusast anima; hinc animus ad intellegentiam tributus'.

VVLTVS et FACIES hoc distant. vultus || est voluntas quae pro motu animi in facie ostenditur; facies ipsa oris species. Sallustius in Catilina (15, 5): 'prorsus in facie vultuque vaecordia inerat'. — Lucilius Satyrarum lib. I (29): vultus item ut facies mors, † citer morbu', venenum.

14—17 Faust.—fer.; 21—22 Cuius—sign.; 25—26 Animus—viv.; 1—3 Vultus—spec.

---

12 antiquissimis or. *Mu.*: antiquus sum oriundus *C. F. Mueller.*: *fort.* antiquissimum oriundus || 13 scitis: *corr. Me.* || laetitiae est (-tia est est): *corr. cod. Iun.*: iustitia est *Mu.* || 16 propitium $A^A B^A$: proprium $L D^A C^A$ *ut vid.* || 19—20 *om.* $L A^A$: *secl. Mu.* (*in G stant in marg.*) || 21 Inter *add. Mu.* || 24 ergitantes isciscere (*om.* A^A): *corr. Me.* || 26 epigone: *corr. Both.*: Erigona *Me.* || 28 teliquo $L A^A$ || 29 diffusus: *corr. Vahlen. post Pium* || 5 citera A^A: teter *Passerat.*, Platner (Class. Rev. *IX, 30): icterus Scal.*

M. Tullius de Officiis lib. I (90): 'praeclaraque est aequabilitas in omni vita et idem semper vultus eademque frons'.

SEBVM et VNGVENTVM hanc habent diversitatem. sebum fit ex adipe ruminantium. Lucilius Satyrarum lib. IV (35):

10 Tisiphone Tityi e pulmonibus atque adipe unguen
excoctum attulit, Eumenidum sanctissima Erinys.

MVSSARE et MVRMVRARE ita discernuntur, quod mussare hominum sit, occulte quid et pressa voce loquentium, quod celatum velint. Vergilius lib. XI (345):

15 quid fortuna ferat populi, set dicere mussant.

et alibi (Aen. XI, 454):

flent maesti mussantque patres.

murmur autem maioris soni est, proximi ad tumultum. Vergilius in Georg. lib. I (358):

20 et resonantia longe
litora misceri et nemorum increbrescere murmur.

PRIORES et PRIMORES hanc habent diversitatem. priores enim conparativi sunt gradus; primores summae quaeque res. Lucilius Satyrarum lib. VIII (15):

25 gallinaceu' cum victor se gallus honeste
† mtelitus digitos primoresque erigit unguis.

Turpilius Demetrio (31):

. . . . sándalio innixá digitis primóribus.

12—18 Muss.—tum.; 22—24 Priores—res.

---

7 aequalitas LA^A || semper] saepe || 9 *lacunam post* rum. *sign. Me.* || 10 tisifonetitene p.: *corr. Mu. post Gerlach.* || adipe *ed. princ.*: adirem || unguem: *corr. cod. Iun.* || 11 atuli eumenidibus: *corr. Iun.* || erynis || 13 qui depressa *L*: quid d. $CA^A DA^A$ || 14 X || 20 aut *Verg.* || 26 altius in d. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*): sustulit in d. *Ald.*: intulit in d. *Quich.*: caelitus et d. *ed. a. 1476* || erigunt u.: *corr. ed. princ.* || 28 dicigitis LB^A (*pro* dicitis): digitulis *Passerat.*: digitis in *Quich.*: *fort.* digitibus (*S pro B., ut in vv. 29, 32*).

Varro Armorum Iudicio (42): 'ut in litore cancri digitibus primoribus stare'. — Lucilius Satyrarum lib. XX (10):

Calpurni saevam legem Pisoni' reprendi
eduxique animam in primoribu' naribus.

Afranius Vopisco (383):

apágesis clivum túum! animam in náribus primóribus ‖
vix pértuli edepol.

M. Tullius in Hortensio (93): 'qui illud nescioquid, quod in primoribus habent, ut aiunt, labris'. — idem de Oratore (I, 87): 'quae isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent'.

POESIS et POEMA hanc habent distantiam. poesis est textus scriptorum; poema inventio parva quae paucis verbis expeditur. Lucilius Satyrarum lib. IX (36):

non haec quid valeant quidve hoc intersiet illud
cognoscis? primum hoc quod dicimus esse poema,
pars est parva poesis.

idem (39):

epistula item quaevis non magna poema est.
illa poesis opus totum, ut tota Ilias una est
una θέσις sunt Annales Enni atque ἔπος unum,

5—7 Poesis—exp.

---

29 digiti (-tis) A^A: digitulis *Oehler*. ‖ 31 saeva lege in P. reprehendi: *corr. Iun.* ‖ 32 in *del. Mu.* ‖ naris: *corr. Ald.* ‖ 34 tum animum: *corr. Bue.* ‖ odium, tuam animam *Studemund.*: diram tuam animam *Ribb.* ‖ 2 illum: *corr. Orelli.* ‖ 4 in o. ‖ questi *vel* quaesti: (*corr.* H^2) ‖ 6 scripturorum $C^A D^A$ ‖ 7 versibus *Mu.* ‖ 8 ualeat: *corr. Lachm.* ‖ huic *I. Dousa* ‖ intersit et (?) *Mu.* ‖ 8—9 nunc . . cognosces *I. Dousa* ‖ 10 poesis A^A: poema $L B^A$ ‖ 10—12 poema; idyllion ecce poema aut | disticha, epistula *Mu.* ‖ 13 totum totaque illa summa est: *corr. I. Dousa* ‖ 14 σύνθεσις *Francken.* ‖ sunt Lachm., Vahlen: ut ‖ ἔπος *Lachm., Vahlen*: estoc.

et maius multo est quam quod dixi ante poema.
quapropter dico: nemo, qui culpat Homerum,
perpetuo culpat neque quod dixi ante poesin:
versum unum culpat, verbum, enthymema locumve.

Varro Parmenone (398): 'poema est lexis enrythmos, id est, verba plura modice in quandam coniecta formam. itaque etiam distichon, epigrammation vocant poema. poesis est perpetuum argumentum ex rythmis', [FORA et FORI ut genere, ita et sensibus distant. nam neutro iudiciorum et litium sedes est, masculino spatia in navibus apertiora vel in gladiatoriis ludis.] 'ut Ilias Homeri et Annalis Enni. poetice est ars earum rerum'.

DOCTVM et PERITVM. cum simile videatur, a M. Tullio discretum est, ut sit peritum plus quam quod doctum, de Officiis lib. III (15): 'itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia'. ||

Inter VRBEM et CIVITATEM hoc interest. urbs est aedificia, civitas incolae. Vergilius Aen. lib. I (12):

urbs antiqua fuit.

Ennius Telepho (291):

sed cívitatem vídeo Argivûm incendere.

Pacuvius Atalanta (54):

níl sollicita stúdio, obstupida súspenso animo cívitas?

23—25 Fora—apertiora; 27—28 Doct.—doctum; 1—2 Int.—incolae.

---

15 est (est hoc A^A) m. m. est: *correxi*: est m. m. (*del.* est) *Iun.* || **17** perpetuom *I. Dousa, Mu.* || poesin in: (*corr.* P^1) || **18** verum u. *Mu.* || enthymema *Iun.*: entymema tema (tima B^A) || locumve *Lachm.*: locumque A^A: locum (*seq.* v) $L\,B^A$ || **20** metrice *Mu.* || **22** et r. || **23** (FORA)—**25** (ludis) *secl. Mu.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 18*): *post v. 26 colloc. ed. princ.* || **24** sed est $C^A\,D^A$ || **25** ut *Ald.*: minut (*praec.* mis) || **26** enni B^A: en $L\,A^A$ || **28** pl. quod d. $C^A\,D^A$: (pl. quam d. *Bamb.*) || doctus L^1 || **2** (aedificatio H^1) || **4—5** Telepho, set *Mu.*: telefus et $L\,A^A$: telefo et B^A || **5** incendere *tuetur Vahlen ad Enn.*: *cogitaveram de* incedere || **7** hil (hic $E^1\,P$) (nihil G^1 *ut vid.*) || stupida *(praec. o)(?) Mu.*

M. Tullius de Republica lib. I (41): 'quam cum locis manuque sepsissent, eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. omnis ergo populus, qui est talis coetus multitudinis qualem exposui; omnis civitas, quaest constitutio populi'. — et II (46): 'quo auctore et principe concitata civitas'. — Sisenna Hist. lib. IV (78): 'denique cum variis voluntatibus incerta civitas trepidaret, Pomponius cum † vertice superiorem locum inscendere'.

Inter COGITARE et DELIBERARE hoc interest. cogitare est considerare; deliberare, confirmare. Turpilius Boethuntibus (6):

quaeso, cógita ac delíbera.

idem Philopatro (180):

certum ác deliberátum est me illis óbsequi.

SCIVS et CONSCIVS hoc differunt, quod scius secum, conscius cum alio scius est; licet conscium indifferenter positum legerimus.

AVSPICIVM et AVGVRIVM his intellectibus discernuntur, quod sit auspicium avium inspectio et quae ex volatu earum significentur et vocibus; augurium autem rerum omnium coniecturas prudentes ac diligentes amplectitur.

MONSTRA et OSTENTA similiter intelleguntur, quod inminentia monstrent et ostendant. ‖ OMEN vero votum est mentis et vocis; unde sacrificantibus dicitur: "bona omina habete", id est, ut circumstantes et mente recta velint et

---

16—26 Int.—ampl.; 27—2 Monstra—vocis.

---

9 l. m. munitam *Ritsch. Opusc. III, 814*: l. munitam manu quoque *Mu.* ‖ 14 trepidare: *corr. Me.* ‖ 15 velite *Quich.*: meilite (?) *Mu.* ‖ inscende: *corr. Quich.*: insedit *Mu.* ‖ 17 cons. *Mu.*: confirmare ‖ 18—20 delibera—ac *om.* $C^A D^A$ ‖ 19—20 *cf. 282. 10* (*s. v.* deliberatum) ‖ 26 prudenter ac diligenter: *corr. Mu.* ‖ 1 monstrant et ostentant A^A ‖ votum] votis D^A ‖ 3 *recte* A^A.

bona oribus proferant. PORTENTVM non solum quod portendat, sed quod etiam portenta adportet et faciat ex his significationibus quae in auspiciis, auguriis, extispiciis ostenduntur. PRODIGIVM autem semper pessimum est, dictum quasi porro adigendum. Vergilius lib. III (Aen. 365):

sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno
prodigium canit et tristes denuntiat iras.

INIVRIA a CONTVMELIA hoc distat. iniuria enim levior res est. Pacuvius Periboea (279):

pátior facile iniúriam, si est vácua a contumélia.

Caecilius Fallacia (47):

fácile aerumnam férre possunt, si índe abest iniúria;
étiam iniuriám, nisi contra cónstat contuméliam.

FVLMEN et FVLGVR et FVLGVRITVM his intellectibus secernuntur. est enim fulmen telum ipsum quod iacitur; ut Vergilius Georg. lib. I (328):

ipse pater media nimborum in nocte corusca
fulmina molitur dextra.

fulgur ignis qui coruscat fulmine: unde et fulgetrae dicuntur et fulgor; ut Vergilius lib. V. (87):

maculosus et auro
squamam incendebat fulgor.

fulguritum fulgure tactum vel exustum.

4—5 Portentum—adp. et faciat; 7 Prod.—adigendum; 10—11 Ini.—est res; 16—21 Fulm.—coruscat.

---

5 port. eliciat ex *Mu.* || 6 auguriis extispiciis *om.* $A^A L$ (*propter homoeotel.*) || 7—9 *cf.* 436. 2 || 11 est res $C^A D^A$ || 14 possum *Mu.* || 15 misi $L B^A$ || constant $L B^A$ || contumelia (*abl.*) *Both.* || 16 et fulgur *om.*: *suppl.* A^A || 21 fulminine L || 21—22 fulgetrae d. et *Iun.*: fulgere dicuntur et B^A: fulgore (-gor) dicitur et A^A: fulgur dicuntur et L: fulgetra dicitur *ed. princ.* || 22 et *fulgur* $L A^A$ || 24 squama $L A^A$.

IVRGIVM et LIS hanc habent distantiam. iurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'admiror, nec rerum solum, || sed verborum etiam ele- 1
gantiam. «si iurgant», inquit: benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur'. — et in sequenti (8): 'iurgare igitur lex putet inter se vicinos, non litigare'.

AVDACIA et AVDENTIA hoc diversa sunt, quod audacia temeritatis est, audentia fortitudinis. Sallustius Catilinae 5
Bello (58,17): 'audacia pro muro habetur'. — Vergilius Aen. (X, 284):

audentis fortuna iuvat.

et saepe sic.

MERX et MERCATVRA hoc distant. merx est species ipsa; mercatura actus ipse vel lucrum de merce; mercatus, 10
locus in quo agitur mercatura. M. Tullius de Republica lib. III (inc. 3): 'Poeni primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum inportaverunt in Graeciam'. — Varro Sexagesi (497):

. ubi tum comítia habebant, íbi nunc fit mercátus . 15

Serenus Opusculis (8):

ád mercátum eo, vílice:
quíd vis índe vehi aút agi?

26—29 Iurg.—app.; 4—5 Aud.—fort.; 9—11 Merx—mercatura.

---

28 discessio C^A: disceptatio *Mu.* || 1 distinctionem, sed *Mu.* || 3 sequentibus (?) *Mu.* || putat LB^A || 4—8 (*cf. 442*) *del. Ald., Iun.* || 5—6 *cf. 242. 20; 442. 18* || 6—7 *cf. 442. 19* || 9 M. et M. et Mercatus h. d. *Quich.* || 10 de mercede $C^A D^A$ || 11 locum *L* || 12 Poeni (*vel* Iones) *Me.*: pione || mercaturis sed m.: *corr. Ald.* || 14 io portaverunt LB^A: dep. A^A: (inpot. ut *vid. H mg.*): *corr. Me.* || 14—17 *cf. 212. 25* (s. v. mercatus gen. masc.).

Cicero Tusculanarum lib. V (9): 'item nos quasi in mercatus quandam celebritatem ex urbe aliqua'. — et de Officiis (III, 6): 'quom tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est'.

SVPERSTITIONIS et RELIGIONIS distantiam manifestissime discrevit M. Tullius de Deorum Natura lib. II (71): 'non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem *a* religione separaverunt. nam qui tota die precabantur et inmolabant, ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati; quod nomen patuit postea latius; qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et || tamquam religerent, hi sunt religiosi ex religendo'. — sed vere superstitiosi proprietatem ex hoc habent quod prae cultura deorum supersedeant cetera, id est neglegant; itidem et religiosi, quasi relinquosi omnium ceterorum sacrificiis deserviant.

PEIVS et DETERIVS his sensibus discernuntur, quod sit peius a malo; quod in usu est et creberrime frequentatur; deterius vero a bono, ut minoris sit meriti quam id quod placet. Vergilius Georg. lib. IV (89):

deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
dede neci.

idem lib. VIII (326):

deterior donec paulatim ac decolor aetas.

haec enim melioribus conparata sunt.

23—26 Sup.—sep.; 6—9 Peius—placet.

---

19 IIII || iter || **20** (et)—**22** *secl. Mu.* || **21**—**22** (prof.) *cf. 213. 4* || **21** ad quos cum t. *codd. Cic. et codd. 213*: quo t. *codd. h. l.*: *corr. Mu.*: *fort.* quo quom t. || **26** a *om.* || totos dies *Cic.* || **27** precatus et inmolabat (imm.) || **1** et aliquam (*praec.* t) rem eligerent || **2** sunt dicti r. *Cic.* || eligendo || **3** prae culturam *L*: *per culturam AA* || **7** peius peius a *Mu.*

Inter CIRCVM et GLOBVM hoc interest. circus est planities rutunda, ut circuitus; globus soliditas undique-versum rutunda, ut est sphaera et staminum glomera. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (47): 'cumque duae formae praestantissimae sint, ex solidis globus (sic enim sphaeram interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis'. — Vergilius lib. V (288):

mediaque in valle theatri
circus erat.

et (Aen. VI, 725):

lucentemque globum lunae Titaniaque astra.

MANVBIAS a PRAEDA hoc distare veteres aestimaverunt, ut sit praeda corpora ipsa rerum quae capiuntur, manubiae pecuniae ex praeda vendita redactae. et sic aput plurimos. nam et M. Tullium ita sensisse voluerunt de Lege Agraria (fr. 4): 'praedam, manubias, sectionem, castra denique Gnaei Pompei sedente imperatore censores'.

PERVICACIA et PERTINACIA hoc distant. pervicacia est interdum bonarum rerum ‖ perseverantia, pertinacia semper malarum. Accius Myrmidonibus (4):

tu pértinaciam ésse, Antiloche, hanc praédicas,
ego pérvicaciam aío et a me utí volo.
nam pérvicacem díci me esse et víncere,
perfácile patior, pértinacem níhil moror.
haec fórtis sequitur, íllam indocti póssident;
tu addís quod vitio est, démis quod laudí datur.

15—17 Int.—glomera; 25—27 Man.—redactae; 31—2 Perv.—malarum.

---

15 I. circulum *L* C^A *ut vid.* D^A ‖ circulus est *L* D^A (*cum* E^1) ‖ 19 praestantes sint *codd. Cic.* ‖ 20 circulus *L* (*cum Cic.*): circus B^A A^A (*non* E^1) ‖ 29 sectionem *Gell. XIII, 25. 6*: sectiles 30 censores] decemviri vendent *codd. Gell.* ‖ 3—4 *post* 5—6 *Mu., post* 8 *Both.* ‖ 4 aio *Ald.*: ai ‖ et ea me Fruter.: et hac me *Scal.* ‖ 5 *dici Scal.*: dicis ‖ vincier Mu.

SENSVS et SENSA hoc separantur. sensus enim sunt qui sentiunt, sensa quae sentiuntur. Cicero de Oratore (I, 32): 'et quod exprimere dicendo sensa possumus * * * nam primum manifestum est et sapere nos, cum incitatio sit vel sensus'.

IVVENTVS et IVVENTA et IVVENILITAS differunt hoc. iuventus, iuvenes; iuventa, aetas ipsa, iuvenilitas, quod ὁρμὴν vel πάθος vocant Graeci. Vergilius Georg. lib. II (472):

et patiens operis parvoque adsueta iuventus.

Sallustius in Catilinae Bello (5,2): ['ibique iuventutem suam exercuit'. — idem in Catilina (14,7):] 'scio fuisse nonnullos qui ita existumarent, iuventutem, quae domum Catilinae frequentabant'. Vergilius Georg. lib. III (63):

interea, superat gregibus cum laeta iuventa,
solve mares.

Varro Tithono, περὶ γήρως (545):

quam derelíquit
multícupida iuvenílitas.

MORATA, quod est morigera, et MOROSA hanc habent distantiam, quod morosa est contrariis et perversis moribus.

9—10 Sensus—sentiuntur; 13—15 Iuventus—vocant; 26—27 Morata—moribus.

---

12 nam—sensus *Ciceroni ascribit Roth.* || 13 iuvenilitas] iuventas *Mu.* || 15 ormenu vel *L B*[A] || III || 16 patruoque *L* || 17—18 *secl. Mu.* || 20 -bat *codd. Sall.* || 20—21 *cf. 389. 1* || 21 iuventa *A*[A]: -tas *L B*[A] (*seq.* s): -tus *codd. 389* || 22 *cf. 390. 31* || morales *L* || 23—25 *cf. 123. 6* (*ubi* iuvenitas *G*[1]) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 84*) || 26—27 Morata *et Morosa* h. h. d. quod morata est morigera, morosa [est] *contr. Mu.*

Afranius Vopisco (372):

dum morigeram, dum morosam praebeo,
deinde áliquid dedita ópera controvérsiae 30
concínno, laedo intérdum contuméliis.

M. Tullius de Senectute (65): 'at sunt morosi et anxii et iracundi et difficiles senes'. — Plautus Aulularia (239):

dúm modo || moráta recte véniat, dotata ést satis. 1

Inter VEGETVM et VIGENS hoc interest, quod vegetum sit incolume; vigens forte. nam vegetum corporis, vigens etiam animi possumus dicere; ut in multis.

PROFESTI et FESTI dies discernuntur sic. profesti 5 sunt a festivitate vacui. Afranius Privigno (260):

quae festis facere nos solemus, die
cotidiano opere promisce omnia
aeque profesto concelebras focum.

QVAERERE et REQVIRERE. hoc differt, quoniam re- 10 quirere est diu quaerere. Afranius Fratriis (186):

proin tú, cum quaeram, né requiram té vide.

SPECVLA et SPECVLVM sicut genere, ita significantia differunt. nam specula despicientiam significat. Vergilius lib. X (454):

2—4 Int.—dic.; 5—6 Prof.—vac.; 10—11 Quaer.—quaer.; 13—14 Specula—significat.

---

29 tum—tum *Both.* || d. me mor. *Passerat.* || morigeran (*seq.* dum): *corr. Bentin.* || 30—31 (conc.) *cf. 529. 5* (*s. v.* opera, opportunitas) || 32 ac *L A*[A] || 2 vegetumst *Mu.* || 3 veg. tantum corp. *Mu.* || 5 et fasti *Mu.* || 7 festi (*seq.* f) *L B*[A] || *fort.* solebamus || q. festi fa. n. s. de die (?) *Mu.*: q. fa. n. s. festivo (*Iun.*) d. *Ribb. post Scal.* || 8 c. tu o. *Herm.* || *fort.* operare (*sed vide Journ. Phil. XXVI, 314*) *vel* operatus || promiscit: *corr. Ribb.* || omnino *A*[A] || 9 profesto ac festo c. *Herm.* || (concelebrans *G*[1]) || 10 differunt *ed. princ.* || quod (?) *Mu.* || 11 diu om. L[1] || 12 tum: *corr. cod. N. Fabri* || 13 sicuti *B*[A] || 14 disp. L.

utque leo, specula cum vidit ab alta
stare procul campis meditantem in proelia taurum.

speculum, quo imago redditur. M. Tullius in Clodium et Curionem (25): 'sed, credo, postquam tibi speculum adlatum est, longe te a pulcris abesse sensisti'. — Varro Eumenidibus (117):

sed nós simul atque in súmmam speculam vénimus,
vidémus populum Fúriis instinctúm tribus.

CONFITERI et PROFITERI. hoc distat, quod profiteri voluntatis est, confiteri necessitatis et coactus. quod ita positum saepius legimus. Cicero pro Manilio: 'hic ego non solum confiteor, verum etiam profiteor'. — honestius profiteri quam confiteri.

VLCVS et VVLNVS hoc distant, quod ulcus ‖ tecta et clausa est malignitas. Vergilius Georg. lib. III (453):

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os. alitur vitium vivitque tegendo;

vulnus hians et patens. Vergilius lib. IX (487):

produxi pressive oculos aut vulnera lavi,
veste tegens.

QVARTVM et QVARTO prudentes differre dixerunt. Varro Disciplinarum V: 'aliud est quarto praetorem fieri et [aliud] quartum: quarto locum significat et tres ante

---

22—23 Conf.—coactus; 1—2 Ulcus—malignitas.

---

16 in *del.* B^A ‖ 17—19 *cf. 339. 23* (*s. v.* longe) ‖ 18 spec. tibi *cod. Cic.* ‖ 20 simul *Bentin.*: simis LB^A: simus A^A ‖ perv.: *corr. Guietus, Meinek.* ‖ 21 *cf. 295. 27* ‖ futuriis L ‖ incinctum *codd. h. l.* ‖ 22 distant *ed. princ.* ‖ 22—23 quod confiteri vol. L ‖ 24 pro M. Tullio *Cuiacius* ‖ 24—25 hoc ego *Clericus* ‖ 26 hon. (*vel* h. est) prof. B^A: unde hon. prof. (?) *Mu.* ‖ 2—4 (os) *cf. 459. 15* ‖ 5—7 *cf. 364. 29; 372. 35* ‖ 8 dix. diff. A^A ‖ 9—10 al. est quarto praet. fi. et quarto loc. L: al. est quarto praet. fi. aliud quartum et quartum loc. B^A: al. est quarto et aliud quartum praet. fi. quartum loc. A^A: al. est quarto praet. *fi. et* (et aliud) quartum quod quarto loc. *codd. Gell. X, 1. 6* ‖ *10 sign. tres* LA^A: sign. et tres B^A: ads. ac tres *codd. Gell.*

factos; quartum tempus significat et ter ante factum. Ennius recte. (Aen. 326):

«Quintu' pater quartum fit consul.»'

TVRPE et FOEDVM quam habeant distantiam manifestum est. nam turpe levior res est, foedum vim habet maiorem. M. Tullius de Officiis (I, 123): 'luxuria vero cum omni aetati turpis, tunc senectuti foedissima est'.

FORMAE et FIGVRAE quae sit differitas, M. Tullius manifestator est. nam formam integritatem speciei voluit esse, figuram formam nostram, de Officiis lib. I (126): 'principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu'.

DIGNITATEM et VENVSTATEM discerni voluit M. Tullius, ut dignitas viris, venustas feminis sit adtribuenda, de Officiis lib. I (130): 'venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem'.

MONSTRA et PRODIGIA et PORTENTA hoc distant, quod sunt monstra ostenta et monita deorum. Vergilius lib. III (Aen., 58):

primumque parentem ||
monstra deûm refero.

prodigia deorum minae vel irae. Vergilius Aen. lib. III (365):

sola novum dictuque nefas harpyia Celaeno
prodigium canit.

et lib. VI (379):

prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

17—19 For.—nostram; 23—24 Dign.—adtribuenda.

---

11 quartum temp. adsign. et ter *codd. Gell.*: quarto temp. sign. ter (sign. et ter B^A) || 12 quintus B^A *cum Gell.*: quintum LA^A || 13 habeat LA^A || 13—14 distantiam—habet *om. L* (*propter homoeotel.*) || 15 M. Tullius *om. L* || 21 fo. nostra *L*: minus a fo. (?) *Mu.* || 21—22 figura *L* || 22 *post* esset *versus vacat in L* || (-tum E^1P) || 25 dicere *ut vid.* A^A \\ 1 cf. 350.3 \\ monstrat *L* // *2—4 cf. 430.7* || 5—6 cf. 243.36; 370.5.

portenta ostenta quae aliquid inminere significant.

Lucilius lib. XXVI (34):

nísi portenta anguísque volucres ác pinnatos scríbitis.

10 CELARE et CAELARE hanc habent diversitatem, quod est celare tegere, abscondere. Terentius in Andria (132):

bene díssimulatum amórem et celatum índicans.

Vergilius lib. VI (443):

secreti celant calles.

15 caelare insculpere. Vergilius Aen. lib. I (640):

caelataque in auro

fortia facta patrum.

Varro Agathone (7):

numnám caelatus ín manu dextrá scyphus,

20 caeló dolitus, ártem ostentat Méntoris?

IGNOSCERE et CONCEDERE quemadmodum inter se distent, aperit M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 15): 'quo † mihi et Philippo vacationem das, bis gaudeo; nam et praeteritis ignoscis et concedis futura'.

25 CONTEMNERE et DESPICERE eo distant, quod est despicere gravius quam contemnere. M. Tullius in Verrem, actione II (I, 123): 'quemque contemserit, despexerit, liberum esse numquam duxerit'. — idem ad Caesarem lib. III (10): 'amici nonnulli *a* te contemni ac despici

30 et pro nihilo haberi senatum volunt'. — et de Senectute (65): 'contemni se putant, despici, inludi'.

10—15 Celare—insc.; 21—26 Ign.—contemnere.

8—9 *cf. 191. 19* (*s. v.* angues masc. gen.) || 10 C. et caelatum $CA\,DA$ || 10—11 q. est celeri *L*: q. est celere AA: q. est celari (-re) BA: est celari (cael.) $CA\,DA$ || 12 indicat *codd. Ter.* || 15 sculpere (?) *Mu.* || 18—20 *cf. 99. 16* (*s. v.* dolitum) || 19 celatus *Mu.* || 21 distant BA || 22 II $CA\,DA$ || 23 quod *ed. a. 1476*: quom *Halm.* || dabis gaudeo AA: dabis gaudio BA || 26—28 *cf. 288. 12* || 27 III *codd. h. l.* || quemadmodum [iste] tenuissimum *quemque etc. Cic.* || 28 ad Caes. iuniorem (?) *Mu.* || 29 a *add. Lejys.* || *30 te—a senatu* velint *Patricius*.

CVPIDITAS et CVPIDO diversa sunt. nam cupiditas levior est. Lucilius lib. XXIX (69):

cúpiditas ex hómine cupido, ex stúlto numquam tóllitur;

quod cupiditas pars quaedam sit temperatior, || defluens 1
ex cupidine.

AEMVLATIO ab IMITATIONE hoc distat, quod imitatio simplex est et livorem atque invidiam non admittit; aemulatio autem habet quidem imitandi studium, sed 5
cum malitiae operatione. Vergilius lib. VI (173):

aemulus exceptum Triton, si credere dignum est,
inter saxa virum spumosa inmerserat unda.

M. Tullius in Caesarianis (pro Marcello 2): 'quasi quodam aemulo atque imitatore studiorum et laborum 10
meorum et comite abstracto'.

PROBATVM et SPECTATVM *hoc differunt, quod spectatum* vis maioris est. Lucilius lib. XXVI (95):

tuám probatam mi ét spectatam máxume adulescéntiam.

BELLVM et PROELIVM hoc differunt, quod proelia partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. Lucilius lib. 15
XXVI (53):

út Romanus pópulus victus veí, superatus proéliis
saépe est multis, béllo vero númquam, in quo sunt ómnia.

Vergilius lib. XI (541):

infantem fugiens media inter proelia belli.

31—32 Cupiditas—est; 3—6 Aem.—operatione; 11—13 Prob.—ad.; 14—15 Bell.—congressiones.

---

32 levior es L^1: levior res est (?) *Mu.* || XVIIII: *corr. Mu.* (*XVIIII P^1) || 33 *fort.* cúp. | éx h. cupĭdó, cupĭdo ex || et st. *Duebner.* || 1 temperatio: -tior H^3 || 4 leviorem LA^A: levior $C^A D^A$ || 6—7 (Tri.) *cf. 238. 33* || 9—10 (meor.) *cf. 239. 1* || 10 imitatoriae LA^A (imm.): imitatori B^A: (*corr.* H^2) || distracto *codd. Cic.* || 12 *suppl. Quich.*: *fort.* huius maior vis est || 15—16 *cf. 420. 31* (*s. v.* vis) || 16 at *Mu.* (*om. codd. 420*) || vei *Mu.*: vi et *codd. h. l.*: vel *codd. 420* || 17 in secl. Mu. || 18 mediamter *L: media ter A^A.*

Inter CAVERE et VITARE Lucilius esse distantiam voluit lib. XXVI et esse plus vitare (11):

quíd cavendum tíbi censere, quíd vitandum máxume.

VETVSTISCERE et VETERASCERE. quid intersit, Nigidius Conmentariorum Grammaticorum lib. X deplanavit (3): 'dicemus quae vetustate deteriora fiunt, vetustiscere; inveterascere, quae meliora'. — M. *Tullius* ad Hirtium lib. VII (3): 'cum enim nobilitas nihil aliud sit quam cognita virtus, quis in eo, quem veterascentem videat ad gloriam, generis antiquitatem desideret'? ||

NOCENS a NEFARIO et INPIO distare, uti nocens levius videri possit, M. Tullius voluit de Officiis lib. II (51): 'nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo *ne* nefarium inpiumque, defendere'.

INNVERE et ADNVERE hoc distant, quod est innuere facie significare. Terentius Adelphis (171):

. . . *si* innuerím, quin pugnus cóntinuo in mala haéreat;

et (174):

non ínnueram: verum ín istam partem pótius peccató tamen.

adnuere concedere. Vergilius lib. XII (841):

adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.

20—22 Int.—max.; 1—2 Noc.—pot.; 5—6 Inn.—sign.; 10 adn. concedere.

---

22 censerem *Quich.* || **23** Inter Vet. *Mu.* || et vetustascere *L B*[A] || **24** Conmentariorum Grammaticorum *Quich.* || **25** dicimus *Quich.*: dicens *Roth.* || **26** inveterescere *L*: veterascere *ed. princ.* || quam m. *L* || Tull. *add. ed. princ.* || **27** lib. VII *om. L* || **28** qui sine eo *L*[1] || **28—29** quem veterascente videat gloria *Mu.* || **1** uti *A*[A] *B*[A]: ut his *L C*[A] *D*[A] || **2** potest *C*[A] *D*[A] || **3** (item)—**4** *cf. 379. 22* || **3** item est *codd. 379*: item esse *codd. h. l.* (*corr. G*[2]) || religione *codd. h. l.* || **4** ne *om. codd. h. l.* || defenderes *codd. h. l.* || **7** ne mora sit si innuerim quin *Ter.*: adnuere (ann.) qui in: si (*praec.* is) innuero *Me.* || **8** et *om.* || **9** (verrem *pro* verum *H*[1]: *om. G*) *post h. v. stant vv. 16—18* || **10** a. est concedere (cedere) *A*[A] || X (*quod ad Verg. Aen. X, 115 refert Mu.*) || *11 mente L* || *laetata Verg.*: leta (lae.).

M. Tullius in Hortensio (16): 'quod cum uterque nostrum adnuissent omnesque ad id tempus, quod erat dictum, postero die venissemus'. positum est adnuere pro innuere. Plautus Asinaria (784):

neque ílla ulli homini nútet, nictet, ánnuat. 15

FLAGRARE et *FRAGLARE* ita discernuntur, quod *flagrare est* ignescere, incendi et ardere, fraglare vero olere. et in plurimis invenitur ista discretio.

NOXA et NOXIA hanc habent diversitatem, quod est noxa peccatum leve. Vergilius Aen. lib. I (41): 20

unius ob noxam et furias Aiacis Oilei.

noxia, nocentia. Vergilius lib. VII (326):

iraeque et crimina noxia cordi.

M. Tullius in Hortensio (84): 'et ceteras quidem res, in quibus peccata non maxumas adferunt noxias, 25 tamen inscii non attingunt'.

PLVS a MVLTO vetustas voluit discrepare: et potest videri hanc habere posse distantiam, ut sit multum a plurimo minus ac non supra modum; ut [est] Vergilius Georg. lib. I (94):

multum adeo rastris glebas qui frangit inertis;

plus, sicut in plerisque, [quae] maioris modi est quam 30 necessarium est; atque ideo M. Tullius maius discrevit

---

16—17 Flag.—ardere; 19—22 Noxa—nocentia; 26—28 Plus—modum.

---

13 adnuisset *Mu.* (*sed vide Plasberg., p. 25*) || **14** posteri die L^1: postridie *Mu.* || **14**(posi.)—**15** *secl. Mu.* || *cf. 439. 29* || **15** nictes LB^A || **16—18** *post v. 9* (*corr.* A^A, *sign. transpositionis add.*): *fort. secludend.* || **16** Fl. et fragrare *Ald.*: Fl. et ignescere || **16. 17** Flaglare *L* || **16—17** flagrare est *add. Ald.* || **22** (Verg.)—**23** *secl. Mu.* || **22** VIII || **23** iraeque insidiaeque et cri. *Verg.* || **25** maxume: *corr. Me.* || insciinnat attingunt LB^A: inscii innat att. A^A: *corr. Me.* || **27** posse *secl. Mu.* || h. distantiam posse ut $C^A D^A$ || **28** ut Verg. (est *secl.*) *Mu.*: ut est Vergilii *Quich.* || **29** rastri || **30** quae *del. Roth.* (*praec.* que): quod *Iun.* || est secl. *Mu.* || **31** maius *secl. Mu.*

438. 439 M.

epistola ad Catonem (fr. XII): 'nec idcirco mihi desi-
1 derandam || esse dignitatem meam, quod eam multum inpugnarint; sed eo magis recolendam, quod plus desiderarint'.

Inter SPERATAM et DICTAM et PACTAM et SPONSAM hoc
2—6 Sumen—sidat; 16—19 Div.—nota.

---

4 quodsin ulla *Mu.* || **5** tenere *CA DA* || maneat suc(c)usque *AA*: manat quei sucus *Mu.* || *fort.* tenerum maneatque exuta lacertum || **6** ei *Mu.* || minus *Palmer.* (*Hermathena XXII, 406*) || ubertim *Mu.*: *fort.* uberius || **7** hom. sed omnium animalium teg. (?) *Mu.* || **8—10** *cf. 457. 9* || **8** II *codd. h. l.* || **11—12** *cf. 244. 20* (*s. v.* accommodatum) || **12** pecudum *codd. h. l.*: silvestres *codd. 244*: silvestrium *On.*: -strum *Ribb.* || **13—15** *cf. 231. 17* || **15** vere *codd. h. l.* || **16** coniugia *L* || dici *om.*: *add. Quich. ante* sed || **17** inflexionum: *corr. Mu.* || **18—19** *cf. 290. 23* || **20** hinc *atque hinc codd. Verg.* || **22** ephebiis *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 441*) || excesserat: *corr. ed. a.* 1476 || **23** -batur (?) *Mu.*

'quam sympathian lumbi ad oculos haberent, quid magnum interesset, puerum utrum essem devirginatum usurus an μονοκέρως ac puros, dum cogito'.

ENIXAS non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas auctore Vergilio Aeneidos lib. III (326):

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

PRANSI non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam quibus nihil desit. Varro Flaxtabulis, || περὶ ἐπαρχιῶν (175): 'quare, o Marce, pransum ac paratum esse[t] hoc minumo oportet'.

os rostrum vel faciem hominum tantum dici putant; ut de rostro Vergilius lib. IX (442):

donec Rutuli clamantis in ore
condidit advorso;

[sed] de facie idem Aeneidos lib. I (589):

os umerosque deo similis;

cum auctoritate veterum et pecudum et ferarum dici possit. Vergilius lib. XII (373):

ora citatorum dextra detorsit equorum.

et de leone lib. XII idem (8):

inpavidus frangit telum et fremit ore cruento.

---

24 *fort.* s. ni l. || lumbi ad *Lipsius*: lubiat || magnum *Iun.*: imagnum *CA*: imaginum *L BA*: imaginem *AA ut vid.*: inguinum *Lipsius* || **25** puerum u. *Iun.*: puer u.: u. puerum *Bue.* || esse: *corr. Popma*: esset *Iun.* || *fort.* visurus || monuce ρως ac (ρωσας): *correxi*: *μονογεροντας Oehler.* || purus: puros putos *Mu.*: pueras *Stowasser.* || coito *Stowasser.* || **27** exercitus *CA*: -tos *L AA BA*: *corr. ed. a. 1476* || **28** (iuv.)—**29** *cf. 297. 12; 405. 22; 407. 14* || **28** iuuemque *AA* || **30** pranderent: *corr. Guietus* || **2** minume *L AA BA* || esse hominem o. *Lips.*: esse te, hoc minume o. *Roth.*: *vix* esse te omnium o. || **6** contendit || **7** sed de f. *AA*: de f. *L¹BA*: sed f. *CA* || **7—8** *cf. 440. 19* || **10—11** cf. 440. 20 || **12—13** post *v. 17: huc transp. Quich.* || **12** lib. XII idem secl. Mu.

os etiam alicuius rei et omne patens accipi potest.
Vergilius Georg. lib. III (453):

quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os.

idem lib. II (Aen. 482):

et ingentem lato dedit ore fenestram.

M. Tullius de suppliciis, in Verrem (II, v, 30): 'nam in ipso aditu atque ore portus'.

DORSA et TERGORA hominum vel aliorum animantium dici tantum consuetudo putat, cum et aquarum dici possint.
Vergilius in Georg. lib. III (361):

undaque iam tergo ferratos sustinet orbes.

et in Aeneidos lib. I (110):

dorsum inmane mari summo.

Omne castum *et* incorruptum veteres sub VIRGINIS vocabulo appellaverunt. Cicero in Oratore (64): 'philosophia casta, verecunda, virgo incorrupta'.

NIDOS non solum domicilia avium, sed et fetus earum Vergilio auctore dicere possumus, in Georg. lib. IV (16):

ipsaeque volantis
ore ferunt dulcem nidis inmitibus escam.

IMBRES consuetudo agmen caelestium aquarum et pluviarum induxit solum dici, cum auctoritas variet. Vergilius omnium aquarum dixit in Georg. lib. IV (114):

ipse feracis
figat humo plantas || et amicos inriget imbres.

31—34 Nidos—escam.

---

14 Os e. ora alic. *Mu.* || **15—17** *cf. 434. 2* || **17** *post hunc v. stant vv. 12—13* || **20—21** *cf. 237. 42* || **20** in Verr. de suppl. *Quich.* || **21** ora *codd. h. l.*: opere *codd. 237* || **23** possit: *corr. Quich.* || **25** ferratus: *corr. B^A* || **26—27** *cf. 203. 2* || **28** O. c. vet. incorr.: *corr. Mu.* || sub *secl. Mu.* || **29—30** C. in Or. de *phil., casta Quich.* || **30** uenerandа C^A || **32** III C^A || **33** ipsasque *Verg.* || **36** *duci L* || uaries L^1 || **37** omnino (?) *Mu.*

PECVDES non solas quadrupedes, sed et alia animalia dicere Vergilio auctore possumus in Georg. lib. IV (327):

quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers.

et (Georg. IV, 168): 5

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Varro Sexagesi (489):

néque quás agipínnís anatés rémipedés búxeiróstrís pecudés palúdibús nócte nigra ád lúmina lámpadís sequéns.

PACEM peti et a dis posse Vergilius significat in Georg. lib. IV (534): 10

tu[m] munera . .

tende petens pacem.

et in Aeneidos lib. III (369):

hic Helenus caesis primum de more iuvencis 15
exorat pacem divûm.

Plautus Amphitryone (1127):

út Iovis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.

PROFVNDVM non solum imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpavit. Vergilius in Aen. lib. I (58): 20

ni faciat, maria ac terras caelumque profundum.

PROCACITATEM non animantium solum (a precando et poscendo) dici posse Vergilius auctoritatem dedit lib. I (Aen. 536):

22—31 Proc.—putidus.

---

2 sed *om.* L^1 || 4 (et—soll.) *cf. 158. 37* || 6 *cf. 33. 18* || 8 nequeiquam *Mu. post Ries.*: neque qua *Bue.* || agi pennis LA^AB^A: aqui pennis C^A: *corr. Mu.*: acupinnis (?) *Mu.* || tremipedas: remipedes *Passerat., Roth.* || buxeis rostris: *corr. Roeper.* || 9 sequéntés *Mu.*: sequéris *Bue.* || 12 tu (*v. l.* tum) munera supplex t. *Verg.*: tum munere t. || 14 IIII A^A (H^1 *n. l.*) || 16 *cf. 371. 2* || 17—18 *cf.* 388. 12 || 19 s. in imum: (*corr.* P^2) || 22—23 a prec. et posc. del. Quich.

penitusque procacibus austris;

quod est: saevientibus, procellosis.

PVTIDVM non solum ab odore faetido et gravi quod naribus probetur, sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum est putidum dici posse auctoritas vetustatis admisit. Cicero in Oratore (27): 'quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur *ut* putidus'?

DEVOTVM ad prosperum tantum usus trahit, sed auctoritas et adversum significare voluit. Vergilius || [in] Aen. lib. I (712):

praecipue infelix, pesti devota futurae.

REOS non solum crimini et culpae obnoxios, sed etiam honesti voti debitores vel promissi auctoritas voluit.

Vergilius in lib. V (237):

constituam ante aras voti reus.

DAPES non tantum opiparos adparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos auctore Vergilio possumus dicere. in Aen. lib. III Cyclopem describens his designat humana viscera (630):

nam simul expletus dapibus vinoque sepultus.

et in Bucolicis (VI, 79):

quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

22—31 Proc.—putidus.

---

27 inprobetur *Mu.*: praebetur *ed. a. 1471* || 28 est A^A *ut vid.*: se LB^AC^A: (seu H^2): *om.* D^A: sit *Quich.* || putidum *secl. Mu.* || 29 quoniam LA^AB^A: quo C^AD^A || 31 agitetur (*praec.* es) || ut *om.* || 1 adversus: *corr. Me.* || significare *ed. a. 1471* || in *om.* A^A || 3—5 *fort. post 461. 12 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 22*) || 4 honeste *Quich.* || vel vo. deb. prom.: *corr. Mu.*: vel *vo.* vel deb. prom. *Quich.*: *fort.* veluti deb. prom. || 5 reos A^AC^A || *8 doceri qui in Mu.* || 9 his designat *Mu.*: hostes ad || 12 *cf. 527. 17.*

DOMVM consuetudo hominum tantum habitacula dici putat, cum auctoritas et templum et nidos domos dixerit. Vergilius lib. VI (81):

ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua.

et in Georg. lib. II (209):

antiquasque domos avium cum stirpibus imis
eruit.

INCESTVM usu dicitur flagitium in affines admissum; sed et incestare funere polluere auctore Vergilio possumus dicere lib. VI (149):

praeterea iacet exanimum tibi corpus amici,
heu nescis! totamque incestat funere classem.

REVOCARE PEDEM cum hominum et aliquarum animantium dici manifestum sit, Vergilius lib. IX etiam fluviorum dici posse ostendit (124):

cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.

et Plautus remos navium (Men. 350) pedes dixit.

MVRICES vetustas etiam saxorum asperitates et talia omnia voluit posse dici. Vergilius lib. V (205): ||

et acuto in murice remi
obnixi crepuere.

21—22 Inc.—poll.; 24—25 Virg. praet.—classem; 32—2 Mur.—crepuere.

---

13 tanta L^1 || **14** templa *Mu.* || **18—19** (av.) *cf. 425. 33* || **22** (funere *om.* G^1) || **24** licet $C^A D^A$ || **26** Rev. Ped. *om.* C^A: Rev. *del. Quich.* || **29** animis $A^A C^A$ || **32—2** *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 22*) || **32** et talia *Rittershusius*: tela $L A^A B^A$: vela C^A || **32—33** asp. dici posse (cet. om.) D^A || **33—2** *cf. 255. 22* || **33** *VI codd. h. l.* (lib. V om. D^A).

DENTES non solum quibus cibus adteritur, sed omnia quibus aliquid exsicari vel teneri potest Vergilius dici voluit; ut in Georg. lib. II de falce (406):

et curvo Saturni dente relictam
persequitur vitem adtondens fingitque putando.

et in Aen. lib. VI (3):

tum dente tenaci
anchora fundabat navis.

LOCVPLETIS non magnarum opum tantummodo, sed et ad quamlibet rem firmos et certos M. Tullius dici voluit ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 24): 'nihil omnino certi nec locupletem ad hoc auctorem habebamus'. — et de Officiis lib. III (10): 'accedit eo testis locuples Posidonius'.

MONVMENTA et templa dici posse M. Tullius auctor est in Verrem, actione II (I, 129): 'ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, *quod templum in oculis cotidianoque aspectu populi Romani* positum est'.

PROMERITVM etiam in malam partem posuit Plautus in Amphitryone (570):

quíd malí sum, ére, tua éx ré proméritús?

PALLOREM vetustatem et neglegentiam Lucilius lib. XXX voluit dici posse (68):

lana, opus omne perit; pallor, tiniae omnia caedunt.

23—25 Pallorem — caedunt.

3—4 omne qu.: *corr. Mu.*: omne quo *ed. a. 1471* || **4** teri *CA* || **7** *cf. 308. 25; 369. 24* || **11** et *supra add. L* || **14** adhuc *Mu.* || habeamus *CA* || **15** eodem *codd. Cic.* || **18** a mon. *CA* || **18—19** quod—Romani *ex Cic. add. Me.* (*nov. lemma a* Positum est *incipiunt LAA*) || **20** in mala parte: *corr. Quich.* || **22** tua] *tanta* || **24** dicere *L* || **25** *cf. 272. 18* (*s. v.* caedere) || luna *CADA.*

BONVS et fortis et pius dici potest. Lucilius lib. XXX (128):

Calvu' Palantina quidam vir non bonu' bello.

Vergilius in Georg. lib. II (447):

et bona bello
cornus. 30

MVLTARE cum sit condemnare, positum est augere, votis conpotem reddere. Naevius Colace (32):

et ásseri
laudés ago, cum vótis me multát meis, 1
quod praéter quam vellem aúdiebam. hoc mi ánnuis.

DISCIPLINOSVS etiam *de* pessima arte potest dici. Cato de Re Militari (14): 'quam gladiator disciplinosus'.

PROPITIOS et homines placatos dici vetustas voluit. 5

Lucilius lib. XXVII (14):

ín bonis porro ést viris, si iráti seu cui própitii
súnt, ut diutiús eadem una máneant in senténtia.

nam cum benignitate sollicitos propitios posuit Terentius in Adelphis (31): 10

. . . quam ut ea quaé parentes própitii.

31—32 Mult.—redd.; 1 Naev. laud.—meis; 3 Disc.—dici; 4 Cato glad. disciplinosus.

---

26 et pius *om.* C^A: et aptus *Mu.* || 27 pallantino: *corr. Fruter.* (-lat-) || nobilis bonus (*pro* nobonus, *i. e.* nō bonus): *corr. Guietus* || 32 voti *Bentin.* || colare: *corr. Bentin.* || 33 et me ads. *Mu.* || adseri $L^1 C^A$ || 1 c. v. me multatis meis: *corr. Hermann.*: sum votis multatus meis *vel* tu v. me multas m. *Mu.* || 2 mihi ennius (hennius *L*): *corr. Quich.* || quod p. q. mihi vellem audibam hoc eminus *Hermann.*: q. p. q. velle audebam hoc mihi annuis *Quich.* || 3 de *add. Mu.* || 5 vet. dici C^A || 6 Lucilius lib. *add. Ald.* (Luc. [*sic*] in *ed. 1476*) (*praec.* luit) || 7 bonis *Iun.*: uonis || 8 ut *Ald.*: ui $L A^A C^A$: di B^A || diutius ut *Mu.* || 9 nam—prop. *Lucilio dat Klußmann.* (*Philol. XX, 166*) || sollicito: *corr. Iun. marg.*: -ta *Quich.* || propitios (*Quich.*) posuit *scripsi*: propositos || 10—11 cf. 59. 12 || 11 *quam ea codd. 59:* quam illa *Ter.* || parenter C^A.

CACHINNARE non risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit. Accius Phinidis (571):

simul ét circum mergá sonantibus
excíta saxis saevá sonando
crepitú clangente cachínnat.

TACERE etiam ea possumus dicere quae sine voce vel sono sunt. Vergilius Aen. lib. IV (363):

totumque pererrat
luminibus tacitis.

et (Aen. IV, 525):

cum tacet omnis ager.

ADFARI non solum respondere vel fabulare, sed etiam rogare positum. Accius Tereo (642):

deúm Cadmigena nátum Semela affáre et famulantér pete.

Vergilius Aen. lib. IV (424):

i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.

FASTIGIA consuetudine summae altitudines dici putantur, cum sint et imae; significant et finis. Vergilius Georg. lib. II (288):

forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

M. Tullius de Officiis lib. III (33): 'sed quoniam opere incohato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium inponimus'.

28—32 Fast.—inponimus.

---

12 non de ri. *Mu.* || de quolibet so. (?) *Mu.* || 14 merga *scripsi*: megna $LA^{A}C^{A}$ *ut vid.*: magna B^{A} (*cum Bamb., Paris. 7666*): stagna *Bentl.* || 15 saeva Celeno *Bentl.*: saevisona echo *Bergk.* || 16 clangentes cachinnant: *corr. Scal.* || 24—25 *cf. 111. 34* (*s. v.* famulanter) || 25 Cadmo generatum *codd. h. l.*: catmo venatum *codd. 111*: *corr. Voss.* || semel a. et famularent perpetuere (-ture C^{A}) *codd. h. l.* (*seq.* Verg.) || 27 supplexa a. A^{A} || *28 vel altitudinis* || 29 finem D^{A} || 29—30 *cf. 302. 10. fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 22)* || 30 forsan D^{A} || 32 operi *Cic.*

NVMERVM et de his quae non numerantur, || sed admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tullius de Officiis lib. III (50): 'si exempli gratia vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit'.

FERVOR cum ex igni sit et ex flammis, ex contrario *ex* frigoribus positus invenitur, ut sit fervere non solum ex incendio calere, sed ex quibuscumque molestiis perturbari; unde et iactatus marini et exaestuatio animi sub hac significantia recte positi sentiuntur. Vergilius Georg. lib. I (455):

omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
fervere.

TEMPLVM et sepulchrum dici potest veterum auctoritate. Vergilius Aen. (IV, 457):

praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui.

VESTIGIA consuetudine signa inpressorum pedum dicimus. lectum invenimus partes extremas pedum dicta vestigia. Vergilius lib. V (566):

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.

PARERE etiam viros dici posse Caecilius auctor est Chalciis (18):

ait hic vicínus, se eas péperisse, et vobís datum.

5—11 Fer.—fervere.

3—4 alexandri archodum C^A || 4 frumentum L || adlixerit L^1C^A: allexerit $A^A B^A$ (adl.) || 6 ex fr. *Quich.*: et fr.: et de fr. *Mu.* || 7 sed et *Mu.* || 8 iactus: *corr. Quich.* || 18—20 *cf. 420. 22* || 20 ostentans a. L: ostentant sardus B^A: ostentans aydus C^A || 21 auctor est] auctorem A^A || Chalciis *Spengel.*: calchis || 22 sat (*praec.* s): *corr. Grauert.*: at *Spengel.*: scit *Havet.* (*Mél. Graux. p. 804*): at ait *Mu.* || se eas pep. Iun.: se asperisse (*-rasse* C^A): se has pep. Bue. || et] id Mu.: fort. is

id prudenter mutuatum ab Homero (Il. VI, 155):
αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

25 parere etiam dicta ea quae non concipiant. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo.

VIROS etiam de animalibus posse dici Vergilii auctoritas iubet in Bucolicis (VII, 7):

30 vir gregis ipse caper deerraverat;

cum posset maritum dicere; sicut in Georg. lib. III (125):
quem legere ducem et pecori dixere maritum.

1 GRVNDIRE cum sit proprie suum, ut Laberius || in Sedigito (82):

grúndientem aspéxi scrofam;

et Claudius lib. XVI Annalium (77): 'grundibant graviter pecus suillum'; etiam hominum esse grunditum
5 Caecilius [in] Imbriis designavit (103):

cruento ita óre grundibát miser.

INSANIAM non hominibus solum aut animalibus, verum et his, quae sine anima sint. Vergilius in Bucolicis (IX, 43):
huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

10 ELEGANTES non solum, ut consuetudine, ab elegantia ingenii aut cultus electione et dilectu plerumque, dici

---

28 Viros—dici; 30—3 Virg. vir—et claud. agni gr.; 7—15 Ins.—potes carmine.

---

23 prudentemutuatum: *corr. Roth.* || **25** dictum: *corr. Quich.* || eo C^A || **25—27** *cf. 466. 33* || **26** i. aite e. B^A || **27** pepere $L A^A$ || **31** posset et m. *Mu.* || **1—2** *cf. 114. 27* || **1** l. in sedicit (l. dicit D^A) *codd. h. l.*: l. in sedicito *codd. 114*: *corr. Bentin.* || **2** scrofum C^A || **3** Annal. *Me.*: agni (anni P^1) || **4** graviter *Diomedes 379*: grumiter || **5** in *om.* $L^1 C^A$ || **8** qui B^A || sint * * * *Verg. edd.* || **10** Elegans *Mu.* || **10—11** ut cons. plerumque—*dil. dici Mu.* || **11** dilectus: *corr. Mu.*

potest; sed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium et Curionem (22): 'tu elegans, tu solus urbanus, quem decet mulieris ornatus, quem incessus psaltriae; qui levare vultum, mollire vocem potes'. — Cato Carmine de Moribus (1): 'avaritiam omnia vitia habere putant: sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus'.

AMARVM non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa terribile et infensum Maronis auctoritate dicimus. idem lib. X (900):

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

MVLTITVDO cum sit numeri populorum†, ut quidam putant, Varro pro multo non absurde etiam scripsit de Vita Populi Romani lib. II: 'nihilo magis propter argenti facti multitudinem îs erat furandum, quod propter censorum severitatem nihil luxuriosum habere licebat'.

SANGVINVLENTVM corporum potest esse. lectum est et de incorporeis. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'itaque propter amorem imperii magistratus gradatim seditionibus sanguinulentis || aut dominatus quo appellerent'.

PONDVS, pro numero. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'e Graecia, Asia in villas conportasse magnum pondus omnium artificum'.

7—15 Ins.—potes carmine.

---

12 ab aetheribus L^1: veteribus (*om.* a) A^4 || 13 tum C^4 || tu vero festivus, tu el. *cod. Cic.* || 14 muliebris *cod. Cic.* || 15 qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare corpus potes *cod. Cic.* || Cato H^3: *om. rell.* || 16 putabant *Gell. XI, 2* || 18 inpensum (imp.): *corr.* H^3 || dicimus * * * idem (*vel Ecl. III, 110 vel Aen. IV, 203 suppl.*) *Mu.* || 18—19 *cf. 329. 16* || 20 numerus vel populus ut (?) *Mu.*: *fort.* numeri proprie ut || ut *om.* L^1 || 21 asscripsit (*praec.* -am) (adscr.) (abscr.): *corr. ed. a. 1476* || 22 propter *del. Mu.* || 23 miserat B^4 || 25 potest] putant *Mu.*: *fort.* oportet || 1 ad dom. quom aspeirarent *Mu.*: ut dom. quos appeterent *Me.*: *fort.* ut dom. quom pet (*sias* C^4): *corr. Mu.*: e Graecia suas Me. || in villas

CARERE etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio, dolentis persona (32):

meós parentes cáreo.

AVDIENDI sensum etiam îs rebus Vergilius dedit, quae nec aures habent nec sensum, Georgicon lib. I (513):

et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga neque audit currus habenas.

CAVI proprietas est sinuosi et concavi, ac per hoc sine dubitatione corporale. Vergilius vero etiam de incorporalibus, quae sunt inania tantum vel obscura, dici posse testatur lib. VI (292):

ac ni docta comes tenues sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae.

et lib. X (636):

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram.

LAVARE, cum sit eluere et emaculare et aquis sordida quaeque purgare, vetustatis auctoritas posuit etiam polluere. Vergilius Georg. lib. III (221):

lavit ater vulnera sanguis.

et X (727):

lavit inproba taeter
ora cruor.

Plautus Pseudulo (10):

eas lacrimís lavis.

7—10 Aud.—habenas; 18—26 Lav.—lavi.

4—467. 3 *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 23*) || **5** personat A^A || **6** *cf. 497. 21* (*s. v.* acc. pro abl.) || eos *codd. h. l.* || **12** corporali (-le H^2): -lis *ed. a. 1471* || **14—15** *cf. 419. 25* **14** et ni *codd. 419* (*cum codd. Verg.*) || **15** admoueat $A^A C^A$ || famae $L^1 C^A$ || **16** XII C^A || **20—21** *cf. 337. 17; 503. 36* || *22—24 cf. 327. 7; 413. 9; 503. 40* || **23** improbec A^A || **25—26** *cf. 503. 43* || **26** lacrimas $C^A D^A$ || lavi codd. h. l.

Ennius Hecuba (164):

heú me miseram, intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Varro Hecatombe (94):

pater út cruore láveret ararum ággeres. 30

Afranius Suspecta (322):

viden [ut] lávere lacrimis mé tuum collúm, pater?

ANIMAS pro corporibus. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo, decorate supremis || 35
muneribus. 1

in quo etiam hoc novum est, quod patriam posuit pro regione vel terra, cum patria sit civitas vel urbis parentum.

27—28 *cf. 224. 10* (*s. v.* sanguis neutr. gen.); *504. 6* (*s. v.* lavere) || **28** miserum C^A || sanguen *om.* L^1 || **29—30** *cf. 504. 14* (*s. v.* lavere) || **30** labre (-bere B^A) terrarum *codd. h. l.* || aggerem *codd. 504* || **31—32** *cf. 504. 16* (*s. v.* lavere) || **32** viden Σ: vident *codd. 504*: vident ut *codd. h. l.*: viden tu *Me.* || tuum *Iun.*: tum *codd. 504*: tu *codd. h. l.* || **33—35** *cf. 464. 25* || **3** urbs A^A (urb∗s E^1): urbes $L\,B^A\,C^A$.

VII.

INCIPIT
DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

AVCVPAVI, activum positum pro passivo. Titinius Veliterna (151):

id ego aúcupavi; plénas auris ádfero.

Plautus Truculento (964):

lépide ecastor aúcupavi atque é mea senténtia.

idem Menaechmis (570):

huc cóncedamus; éx insidiis aúcupa.

Ennius Medea (218):

fructus vérborum aures aúcupant.

Pacuvius Chryse (95):

incipio sáxum temptans scándere vórticem in summum, índe in omnis pártes prospectum aúcupo.

Accius Astyanacte (165):

nunc ín consilio id réges Argivûm aúcupant, id quaérunt.

idem Medea (407):

égo me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupo.

6—8 DE—auc.; 14 Enn. fructus—auc.; 19—20 Acc. nunc—quaerunt.

---

10 l. mecastor aucupabatque ex mea s. *codd. Pl.* || 12 huc] ut || 14 fremitus *Mu.* || 17 in summis dein: *corr. Me.* || in o. *Lips.*: hominis || 22 in ab. altam *Both.* || prospectans: *corr. Σ* || prospectum aucupans *Mu.*

VAGAS, pro vagaris. Plautus in Milite (423):

te ádloquor, vití probrique plénus
qui círcum vicinós vagas. 25

Serenus in Opusculis (15):

rure puella vagat virido.

Pacuvius Medo (225):

"quíd tandem? ubi ea est? quó receptat"? — "éxul incertá vagat".

Accius Baccheis (235): 30

deinde ómnis stirpe cum ínclyta Cadméide
vagánt matronae, pércitatae . . .

Turpilius Leucadia (121):

vúltu vecordí vagas insánia.

Accius Tereo (643): 35

fámam, nam nobílitas late ex stírpe praeclara évagat.

item Medea (409):

. . . vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt.

Ennius Hectoris Lytris (151):

cónstitit, credó, Scamander; árboris ventó vagant. 40

23—27 Vag.—vir.; 29 Pac. ex. inc. vagat.

---

24 probarique L^1: propinque *codd. Pl.* || **24—25** plenos qui L^1: plena quae *Pl.* || **27** uiridi D^A || **29** qui t. C^A (*cum* E^1) || quo *Me.*: quod || receptast e. incerte *Bergk.* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 49*) || **31** cadmide: *corr. Me.*: Cadmeides *Quich.* || **32** vagam L^1 || **32—34** percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. turp. leuc. vultu vec. vag. ins. $L^1 A^A B^A$: percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. (*cett. om.*) C^A: *Pro* Turp. Leuc. vultu *prave scriptum erat* tumultu, *qui error in marg. archetypi correctus est. Illud* insania *in fine v. 32 collocat Mu.* || **36** feminam nob. *Mu.* || lata ex (latae ex *E*) || praeclarae (*om.* vagat) L^1 || **37** idem *Ald.* || **37—38** *cf. 159. 13* (*s. v.* pecua et pecuda) || **40** credo\ cerno arboris: *corr. Bentin.* || uacant *Columna* (cf. Enn. Sat.

Pacuvius Periboea (302):

tríplici pertimefáctus || maerore ánimi incerte erráns vagat.

Varro Pseudulo Apolline, περὶ θεῶν διαγνώσεως (438):

cúm séx pueri ét puéllulaé páriter itém séx
aút séptem in utróque cúm choró parí vagárúnt.

idem Hercules Tuam Fidem (215):

per máritimas orás vagat.

SVFFRAGANT, *pro* suffragantur. Pomponius Macco Praeterito (105):

populís voluntas haéc est et vulgó datast:
refragábunt primo, súbfragabunt pást, scio.

Sisenna Historiarum lib. XXIII (132): 'multi populi, plurimae contiones dictaturam omnibus animis et studiis suffragaverunt'.

MERET, pro meretur. Plautus in Menaechmis (359):

item hinc ultro fit ut meret, potissimus nostrae domi ut sit.

idem in eadem (707):

adíbo atque hominem accípiam dictis quíbu' meret.

Turpilius Philopatro (192):

útinam possim tíbi referre grátias, ut de mé meres!

idem Hetaera (85):

meréto merito ut díligare.

41—1 periboeam tripl. $L^1 C^A$: periboea in tripl. $A^A B^A$: *corr. Gifanius*: Perib. multiplici *Passerat.* || **2** pseudo ap. C^A || διαγνωσεως *Bue.*: αιατνωσεως (-αγν- B^A *ut vid.*) || **3** puellae: *corr. Lachm. Opusc. II, 69* || **4** aut s. sin vero quae cum: *corr. Me., Lachm.* || **6** horas: *corr. Ald.* || **7** *add. Iun.* || mappo: *corr. Roth.*: Pappo *Bentin.* || **8** populi *Ald.* || h. enim et *Ribb.* || datas: *corr. Ribb.*: ratast *Leo Anal. Plaut. II, p. 10* || **9** Refr. (*nov. lemma*) $L A^A$ || r. pro su.: refragant primo su. *Roth.* || **10** Histor. *om.* L^1 || **13** i. hic u. (i. in cultro *Bamb.*) || **15** q. dic. *codd. Pl.* || **17** possint (*seq.* t): *corr. ed. princ.* || **19** meret merito: *corr. Bue.*

AVSPICAVI, pro auspicatus sum. Plautus in Persa (689): 20
lucró faciendo ego aúspicavi.

idem [in] Sticho (502):
ea égo auspicavi ín re capitalí mea?

Atta Lucubratione (8):
. . . cum prímo luci hódie ut exornáta sit 25
átque ut auspicétis: cras est cónmunis dies . . .

Caecilius Plocio (181):
"insánum auspicium"! — "áliter histriónium est,
atque út magistratus públice cum aúspicant".

Naevius Belli Poenici lib. IV (40): 30
virum praetor adveneit, auspicat auspicium
prosperum.

DELVCTAVI, pro deluctatus sum. Plautus in Trinummo (839):
cum hísce aerumnis déluctavi.

idem in Vidularia (fr. IX): 35
quid múlta verba? plúrimum luctávimus.

Terentius Hecyra (829):
dicítque illi anulum sese, dum lúctat, detraxísse. ||

SCRVTO. Plautus in Aulularia (657): 1
póstremo hunc iam pérscrutavi.

20—21 Ausp.— ausp.; 33—34 Del.— del.; 38 Ter. dic.— detr.

---

22 isticho *LB*^{A}: istic hoc *C*^{A} || 23 ea *om. C*^{A} || ausp. *bis L A*^{A} *fort.* auspicavin || 27—29 caec. ploc. ut mag. p. c. a. (-ciant *A*^{A}) *iterum exhib. post 32* || 28 hospitium *L A*^{A} (-cium) || haud al. *Spengel.; fort.* num al. || istrionum || 29 publicitus c. a. *Maehly.*: publice quando a. *Both.*: a. cum publice *Mu.*: publicae rei c. a. *Ribb.* || 30—32 *om. C*^{A} || 31 verum *Iun.* || adveniet: *correxi* || 33 luctatus *C*^{A} *D*^{A} || 34 deluctauit || 38 illis sese illi a. *vel* sese a didigito *codd. Ter.* || 1 Scuto C^{A} 1—2 *cf. 317. 33 fort. secludend.* (cf. 'Non. Marc.' p. 23).

AVGVRO. Accius Oenomao (497):

atque éa coniectura aúguro.

idem Amphitryone (87):

. . . . . sí sati' recte aut véra ratione aúgurem.

Ennius Melanippa (245):

certátio hic est núlla, quin monstrúm siet:
hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

Pacuvius Chryse (78):

própemodum animus cóniectura de érrore eiius aúgurat.

Cicero ad Calvum (3): 'praesentit animus et augurat quodammodo, quae futura sit suavitas'. — Vergilius lib. VII (272):

hunc illum poscere fata
et reor et siquid veri mens augurat opto.

M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'cui quidem utinam vere, fideliter abundiente† auguraverim'!

ADSENSIT. est et passivum. Accius Neoptolemo (476):

úbi nihil contra rátionem aequam hábuit, adsensít silens.

idem Erigona (50):

adséntio: age nunc tú tuam progéniem ex ordine . . .

Pomponius Sponsa Pappi (167):

pól magi' *curabo* úbi cognorint, ómnis una adséntiant.

---

3 Auguro; 9 Enn. hoc—aug.; 12—13 Cic. praes.—suav.

---

3 *null. lemm. L* || **6** ver $L^1 C^A$ || -rer $L B^A C^A$ || **8** certatio *Passerat.*: certo || nullum B^A || **9** hoc *supra add. L* || **11** eius *Ald.*: et ius || **15** *cf. 358. 12* || **17** ve. fi. *om.* L^1 || abudiente L^1: abunde *ed. princ.* || **20** orationem *Passerat.* || aequam *Fruter.*: *et quam* || **22** ex *quid. ap. Mu.*: et: ede *Me.* || **23—24** *cf. 275. 23 (s. v. cognoscere)* || **24** cur. *om. codd. h. l.* || cognorit *codd. h. l.*

CVNCTANT, pro cunctantur. Accius Alphesibœa (71): 25
ita térrita membra animo aégroto
cunctánt subferre labórem.

Ennius Ambracia (2):
béne mones tute, ípse cunctat. ó vide fortém virum!

idem Hectoris Lytris (148): 30
quí cupiant dare árma Achilli, ut ípsei cunctent . . .

ACCINGE, pro accingere. Pomponius Maccis Geminis (66):
iam égo inibi adero: dum égo revortor, áge, anus,
accinge ád molas.

CONTEMPLA. Accius Philocteta (557):
contémpla hanc sedem, in qua égo novem hiemes sáxo 35
stratus pértuli.

Naevius Danae (3):
contémplo || placide fórmam et faciem vírginis. 1

Titinius Fullonia (21):
. . specta formam, átque os contemplá meum.

Ennius Medea (242):
asta átque Athenas, ánticum opulentum óppidum, 5
contémpla.

Plautus Asinaria (539):
méum caput contémples.

25—27 Cun.—laborem.

---

29 monens tute (*adv.*) *Bue.* || cunctat o] cuncto $B^A C^A$: cunctato o *Vahlen* || 31 ut] ei *Ribb.* || ipse: ipsi *Iun.* || cunctet A^A || 33 inibi *Lips.*: mihi || adere A^A || amus C^A || accingere $L A^A C^A$ || 35 navem $A^A B^A C^A$ || hieme (*seq.* s) C^A || taxo $L A^A B^A$ || 1 contempla *Ribb.* || 2—3 fullonibus aspecta B^A || 3 f. meam a. *Hermann.* || contemplato Both. || 5 anticum Roth.: anti eum || *opulenteum* $L C^A$.

ALTERCAS. est et passivum. Pacuvius Iliona (210):
10 "cur ínlaqueetur híc?" — "mecum altercás? tace".

ARBITRABVNT. Plautus in Sticho (144):
próbiores vero árbitrabunt, sí probis narráveris.

AMPLEXA, pro amplexare. Accius Alcimeone (70):
postrémo amplexa frúctum, quem di dánt; cape.

15 [Cicero Academicorum lib. I (33): 'quas mirifice Plato erat amplexatus'.]

Cicero de Oratore lib. III (62): 'nec voluptatem tuentur, quam amplexari possunt'.

CRIMINAT. Ennius Satyrarum lib. III (21):
20 nam ís non bene vult tíbi, qui falso críminat
apút te.

DIGNAVI, pro dignatus sum vel dignum duxi. Accius Meleagro (447):
remanet glória
apúd me; exuvias dígnavi Atalantaé dare.

25 Pacuvius Hermiona (166):
cum néque me aspicere aequáles dignarént meae.

MISERARENT, pro miserarentur. Accius Athamante (195):
átque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

13—18 Amp.—possunt; 22—24 Dig.—dare; 27—28 Mis.—mala.

---

9 Altercata est pass.: *correxi post Quich.* || ALTERCATA ES *Mu.* || 10 inlaquetur (ill.) $L A^A C^A$ || cur illa quae tu hic *Duentzer.* || meum: *corr. ed. a. 1471* || altercata's *Mu.* || 12 vero] credo *codd. Pl.* || 14 di] dit L^1 || cape *om.* D^A || 15—16 *om.* $L B^A$ (= *G*) || 16 plauto C^A || amplexari A^A: Amplexari pro amplecti (*nov. lemm.*) $C^A D^A$ || 18 amplexari A^A ($H^1 P^1$) || poscunt *Mu.*: volunt *codd. Cic.* || 19 IIII B^A || 20 is *ed. princ.*: *iis* // *vultibi: corr.* B^A || q. f. c. *om.* C^A || 26 aspiceret: *corr. ed. a. 1476* // *28* atque *om.* D^A.

LARGI, pro largire. Lucilius lib. XIV (25):

quod viscus dederas tuquidem, hoc est: viscera largi. 30

Accius Diomede (282):

benígne et pro benefício largi atque ámpliter.

Cato Lege Baebia (25, 2): 'pecuniam inlargibo tibi'.

INTVI et CONTVI, pro intueri. Turpilius Paedio (159):

tamen óculi ex longa intércapedine ádpetunt cupide íntui. 35

Pomponius Maccis Geminis (69):

incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

PROFICISCERET, pro proficisceretur. Turpilius Hetaera (81):

hortátur hominem, quám primum || proficísceret. 1

SORTIRENT, pro sortirentur. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'cum venerint censores, inter se sortiant'.

[SORTIVNT] Ennius Cresphonte (112):

. . an inter se sórtiunt urbem átque agros? 5

MODERANT, pro moderantur. Pacuvius Periboea (306):

neque túum te ingenium móderat neque fratérnum ira
exiliúm vetat?

2—7 Sort.—moderat.

29—30 *cf. 184. 19* (*s. v.* viscus pro viscera) || **31—32** *cf. 511. 25* (*s. v.* ampliter) || **32** et] ei *Gulielmius* || aque *codd. h. l.* || **33** de l. *Mu.* || inlargiuo || **34** et Cont. *fort. secludend.* || p. i. et contueri *Mu., Quich.* || **35** oculi ex *Ribb.* (*sed cf. Pradel de praepos. 548*): oculis || cupida L^1 || **38** pro *om.* $L\,A^A$ || **1** proficeret C^A || **2** S. p. s. * * * *vel* Sortiant p. sortiantur *Mu.* || **4** (SORT.)—**5** *post v. 7: huc transp. Quich.* (*del.* SORT.) *sed credo vv. 2—5 ab hoc loco alienos esse* (*cf.* 'Non. Marc.' *p. 23*) || **5** sese *Voss.* || **6** pro moderant $C^A\,D^A$ || **6—7** *cf. 336. 25* (*s. v.* levare); *472. 19* || **7** frater non codd. h. l. || vetat] levat *codd. 336; 472.*

POLLICERES, pro pollicereris. Varro *Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς* (41): 'nam in omnibus legi [*ποαιπε*] *καθ' ὑπέρβατον* «ne dares, ne polliceres quid datum est»'.

POPVLAT. est et passivum populatur. Vergilius Georgicon lib. I (185):

populatque ingentem farris acervum curculio.

Caecilius Asoto (13):

iamdúdum depopulát macellum.

Ennius Ambracia (3):

. agrós audaces dépopulant serví dominorum dóminis.

Quadrigarius (95): 'agrum Nolanum populare coeperunt'. — Accius Astyanacte (164):

qui nóstra per vim pátria populavít bona.

Sisenna Hist. lib. IV (56): 'protinus agros populabundus ad Nuceriam convertit'.

PVNITVR aliquem, pro punit. M. Tullius de Officiis lib. I (88): 'neque ad eius qui punitur aliquem *vel* verbis fatigat, sed ad rei publicae utilitatem referri'. — et Tusculanarum lib. I (107): 'quom multi inimicos etiam mortuos puniuntur'.

RVMINAT. Vergilius in Bucolicis (VI, 54):

ilice sub nigra pallentis ruminat herbas.

11—14 Pop.—curc.; 18 Enn. agros—ser.; 24—26 Pun.—fat.; 27 Cic. quo—puniuntur.

---

8 Pollicere: *corr. ed. a. 1471* || polliceris: *corr. Pius*: polliceri *Me.* || *Ἀνθρωποπόλει περὶ*] anoputio *ποαιπεκ* || **9—10** *ποαιπεκαουπερβατον* L^1B^A: *ποαιπεκαουσπερβαιτον* A^ACA: *corr. Me., Bue.* || *cum ceteris litt. graecis ex v. 8 illatis fort. etiam κ secludend. et scribend. ἀνθυπ.* || **10** quod *Iun.* || daturum (*om.* est) *cod. N. Fabri* || **18** iam agr. *Ribb.* (*praec.* ia) || dominis *tuetur Pascal* (*Riv. Filol. XXVII, 7*): domini *Both.*: domi *Bue.*: minis (?) *Ribb.* || **22—23** populabundos: -dus Σ || **23** numeriam: *corr. Gifan.* || **25** II B^A || vel (?) *Mu.*: *om.*: aut *codd. Cic.* || *25—26 verb.* castigat *codd. Cic.* || **26—27** *cf. 479. 25* || **27** quo m. *codd. h. l.* || *29* herbis A^A.

FABRICANTVR. M. Tullius de Officiis lib. I (147): 'ut enim pictores et i qui signa fabricantur'. Plautus Asinaria (102):

fabricáre *quidvis*, quídvis conminíscere. ||

Cicero de Oratore lib. III (180): 'Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est'.

PALPATVR. Lucilius lib. XXIX (96):

híc me ubi vidit, súbblanditur, pálpatur, capút scabit.

LVCTANT, pro luctantur. Ennius lib. IX (339):

viri validis *ut* viribu' luctant.

BELLANTVR, pro bellant. Vergilius lib. XI (660):

et pictis bellantur Amazones armis.

PARTIRET, pro partiretur. Lucilius lib. XXIX (10):

quid? quás partiret ípse pro doctriná boni?

Plautus in Asinaria (271):

hánc quidem, quam nánctus, praedam *páriter* cum illis pártiam.

INPERTIT. Lucilius lib. XXVII (3):

sóspitat, inpertít salutem plúrimam et plenissímam.

COHORTARENT. Quadrigarius Annalium lib. V (54): 'et dicerent castra facta esse atque eos cohortarent uti maturarent'.

---

30 Fabr.; 1—2 Cic. Capit.—est; 5—12 Luct.—partiam.

---

32 qu. *semel*: *bis Pl.* || **4** ubi *om.* C^A || ubi me vi. (*om.* hic) *cod. Fest. 210* || vidit *Fest.*: uidet || sc. cap. *Skutsch.* (*Rhein. Mus. XLVIII, 303*) || **6** viri a val. $L\,A^A$: varia val. $C^A\,D^A$: *corr. ed. princ.*: Illyria val. *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 72*): <fortuna> varia val. *Vahlen* || ut *addidi*: cum *I. Dousa* || **7** X || **8** amadiones $L^1\,C^A$ || **9** XXVIII A^A || **10** per doctrina C^A || **12** pariter *om.*: *fort. inserend. ante* partiam || **14** sospita inperti *Lachm.* || plurima et plenissima: (corr. P) || **15** VI Peter || **16** *dicereni* L^1 || capta *Me.* || eos *Mu.*: hos (os G).

MODERANT, pro moderantur. Accius Epigonis (303):
viden út te inpietas stímulat nec moderát metus?

Pacuvius Periboea (306):
neque túum te ingenium móderat neque fratérnum ira
exiliúm levat?

CONMISERESCIMVS. Vergilius Aen. lib. II (145):
his lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.

Ennius Hectoris Lytris (158):
per vos et vóstrum
impérium et fidem Myrmídonum, vigiles, cónmiserescite! . .

PROELIANT. Ennius Achille (4):
. . ita mortáles inter sése pugnant, proéliant.

CONPLECTITE. Pomponius Fullonibus (48):
"quin érgo, quando cónvenit, conpléctite". —
"mi ‖ fráter, salve!" — "ó soror salvé mea!"

EXPERGISCERET, pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone Subposito (4):
nequis míraretur, cúm tam clare tónuerit,
ut, síquis dormitáret, expergísceret.

LABASCO, pro labor. Accius (684):
nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
quod nón labascat língua, mitiscát malo.

17—18 Mod.—met.; 6—8 Lab.—lingua.

---

18 viden] vident C^A: *om.* D^A ‖ **19—20** *cf. 336. 26* (*s. v.* levare, relevare); *471. 4* ‖ **21** Mis. *Mu.* ‖ **24** per vos *Palmerius:* servos ‖ **24—25** *vel troch.* ‖ **27** inta m. $L B^A C^A$: *corr.* A^A: interea m. *Lachm. comm. Lucr. p. 80 post Klußmann.* ‖ **1** mihi ‖ soro $L B^A$ ‖ **4** miretur *ed. a. 1471* ‖ cur *Mu.* ‖ **6** Labascor (Lav.): *corr. Mu.* ‖ labo (-vo): (*corr.* $E^1 P$) ‖ **7** tantum *om.* D^A ‖ *8 labescat* $C^A D^A$: labascatur $L A^A B^A$: (*corr. Oxon.*) ‖ lab. longo *ac m. On.*

Varro Rerum Divinarum lib. VII: 'postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi'.

CONGREDIAS. Plautus in Epidico (543):

"quíd si adeam?" — "haut scio án congredias, si hóc est".....

CERTATVR, pro certat. Pacuvius Armorum Iudicio (25):

án quis est qui te ésse dignum, quícum certetúr, putet?

FRVSTRO, pro frustror. Pomponius Maiali (79):

míseret me eorum, quí sine frustis véntrem frustrarúnt suum.

IMITAT. Varro Epistula Latina lib. II: 'tuum opus nemo imitare potest'. — Livius Achille (1):

sí malas imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

EXECRARE [NT]. Afranius Incendio (192):

expéiurabant, éxsecrabant se ác suos.

PROGREDI. Novius Vindemiatoribus (92):

"quid stás? age, move te. mánen?" — "i primus: prógredi".

CONSOLARE. Varro Oedipothyeste (347): 'per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret'.

MINITAS, pro minitaris. Livius Danae (19):

. . etiam mínitas? mitte ea, quaé tua sunt magi' quám mea.

9—10 Varro postq.—pop.; 15—16 Fr.—suum.

---

12 haud scio an *codd. Pl.*: aut sicia an A^A (= *H*) LB^A: aut sicia aut C^A: haut sciam an *Mu.* || congrediar *codd. Pl.* || si haec ea est *codd. Pl.* || 17 Epistularum latinarum *Mu.* || tum L^1C^A || 18 imitari L^1C^A || potes L^1: potis *Mu.* || 18—19 *cf. 365. 37* (*s. v.* pretium) || 19 males LA^AB^A || 20 Execrare (*vel* Execrarent * * *) *Mu.*: Execrarent || 21 expeturabant A^A || 22 Praegredi *Mu.* || 23 quid stas? age *Iun.*: qui discas ege manen? (*Voss.*) i *Me.*: mane mi || (prius G^1) || praegredi *Mu.* || 24 (Consolaret *index marg. in* B^A) || 26 pro minaria: corr. A^A Naevius *Pius* || *27 vel anapaest.* || mitte aequae L^1.

Plautus in Amphitryone (fr. v):

quíd minitabas té facturum, || si ístas pepulissém fores?

MVTVET, mutuum sumat. Caecilius Asoto (11):

"ad amícos curret mútuatum?" — "mútuet
mea caúsa."

PERCONTA. Novius Malevolis (53):

sí percontassém, malum hoc me praéterisset.

Naevius Belli Punici lib. I (24):

blande et docte percontat, Aeneas quo pacto
Troiam urbem liquisset.

OMINAS. Pomponius Cretula vel Petitore (35):

. "bene eveniat!" "íta sit. et tibi béne sit, qui recte óminas!"

SAVIES. Pomponius Munda (84):

ego íllam non ampléctar? ego non sáviem?

Novius Quaestione (81):

. . . . mámmas teneas, pédes extollas, sávies,
cúm gemit.

PACISCVNT. Naevius Belli Poenici lib. VII (48, 1):

id quoque paciscunt, moenia sin quae
Lutatium reconciliant, captivos plurimos.

---

5 Percontat; 8—9 Naev. blande—reliq.; 17 Paciscunt.

---

2 Mutum et $L B^A C^A$ || 4 cau. m. *Quich.* || 5 Percontat D^A: *fort.* Percontare || Malivolo (?) *Mu.* || 7—9 *cf. 335. 2* (*s. v.* liquerit) || 7 II: *corr. Merula* || 8 aeñ (aen) $L C^A$: aeneidos A^A: ennius B^A: aeneam D^A: Aenea *Fleckeisen.* || 9 reliquisset (-linq-) *codd. h. l.*: liquerit *codd. 335*: *corr. Merula* || 11 évenat | ita fíat *Ribb.* || 13 amplectare ego C^A || 15 extulas *Mu.* || 16 cum gemit *Iun.*: congemit || 18 paciscuntur $L A^A$ (= *H*) $B^A C^A$ (*eodem errore quo* convivantur *v. 23*) (paciscunt $E^1 P$): paciscunt ut (?) *Mu.* || sin C^A: sint $L A^A B^A$ || 18—19 *fort.* idem q. p. m., simulque *Lutatio rec. c. p.* || 19 lutantium (luct.) A^A *ut vid.* || 'concilient' *et 'capt. plur. idem' Mu.*

idem (48, 4):
Sicilienses paciscit obsides ut reddant.

CONVIVANT, pro convivantur. Pomponius Munda (85):
si calendis † convivant, idibus cenant foris.

Ennius Satyrarum lib. I (2):
malo hércle magno suó convivat síne modo.

MIRABIS. Pomponius Patruo (108):
mírum facies, fátue,
si stúdium mirabís diu.

VRINANTVR. Cicero in Academicis lib. II (fr. 10):
'siquando enim nos demersimus, ut qui urinantur, aut nihil superum aut obscure admodum cernimus.

MISERETE. Ennius Hecuba (168):
miseréte anuis:
date férrum, quî me animá privem!

OPINO, pro opinor. Plautus Bacchidibus (fr. x):
Praenéstínum opíno ésse: ita erát glóriósús.

Pacuvius || Chryse (101):
invéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

Ennius Eumenidibus (132):
tacére opino esse óptumum, et pro víribus
sapere átque fabulári tute nóveris.

21—22 Naev. Sic.—pro conv.; 25 Enn. malo—convivat.

---

23 hic co. *Mu.*: domi co. *Duebner.* || conuiuantur: *corr. ed. princ.* || 25 suo magno: *corr. Both.* || conv. Sine modo *Both.* || 28 sistud nimium *Lachm. comm. Lucr. p. 197*: si istud studium *Voss.* || 29 Academicorum *Mu.* || 33 anuis *Scal.*: manus (*unum punct. infra* m, *duo supra erasa in L*): manu *Mu.* || 36 errat: *corr. C*[4] || 2 op. esse optumum Or.: *corr. Ribb.* (*cf. v. 4*) || uter esset *Roth.*: ut heres sed || 2—4 Or.—optumum *om. C*[4] || 4 sapere *Both.* || ut *Scal.*: *del.* Both. || 5 tacere Both. || atquea *L A*[4] || tate *C*[4].

Caecilius Asoto (17):

níl fore opino intér me atque illum.

PROMERES, pro promereris. Plautus [in] Trinummo (641):

. . nam retinére nequeo, quín dicam ea quae prómeres.

10 OPITVLA. Livius Equo Troiano (20):

dá mihi hásce opés,
quás petó, quás precór, pórrige, ópitulá.

FITE, imperativo modo. Cato de Praeda Militum Dividenda (70, 2): 'tu † dives fite'. — Crassus lib. XVI Iliados (270):

15 socii, nunc fite viri.

Livius Odyssia (30):

sic quoque fitum est.

PAENITEBVNT. Pacuvius Armorum Iudicio prologo (31):

nunc paénitebunt [libunt] líberi grato éx loco?

20 PARTIRET, pro partiretur. Afranius Divortio (50):

cum téstamento pátria partissét bona.

Lucilius lib. III (67):

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
partisses.

25 Accius Chrysippo (264):

aeternábilem
díuitiam partíssent.

---

7 mea: *corr.* A^A || 8 pro A^A: *om. rell.* || in *om.* C^A || 9 retineri *codd. Pl.*: -rei *Mu.* || 11 asce L^1 || 12 porrige *cod. N. Fabri*: corrige || 13 militibus (?) *Mu.* || 14 tum dites f. *Quich.*: tu dives fito *Laurenberg.*: *fort.* tudites fite || 15 o s. *Iun.* || 18 Paenitebant (-bat C^A) (pen-, poen-): *corr. Quich.* || 19 proloqui non p. *Hermann.* || liberi ingrato (*del.* libunt) *Hermann.*: libere ingr. *Mu.* || libere i. ex loco? *Mu.* || 20 Partire: (*corr.* H^2; *cf. 472. 9)* || 21 partis et C^A: partiret *Mu.* || 24 partissis $L^1 C^A$ || 26 *alternabilem Ribb.* || 27 partissint Ribb.

Ennius Telamone (281):

eándem me in suspícionem scéleris partivít pater.

RECORDAVIT. Quadrigarius Annali lib. V (55): 'is 30
ubi Decium cognovit et patriae eum recordavit'.

POTI, pro potiri. Pacuvius Iliona (217):

úsi honore, crédo, Achivi scéptrum patientúr poti.

PRAESTOLAT, pro praestolatur. Turpilius Paedio (153):
ego praestolabo illi, eo citante † opitium. 35

Livius Tereo (25):

nímiʼ pol inprudénter servus praéstolaras. ||

REVORTIT. Pomponius Maiali (80): 1
cenam quaéritat:
sí eum nemo vócat, revortit maéstus ad maenám miser.

RHETORICASTI. Novius Asino (5):
áge nunc, quando rhétoricasti, résponde quod té rogo. 5

TVTANT. Plautus in Mercatore (864):
ínvoco
vos, Lares viales, ut me tutetis.

Naevius Lycurgo (17):
tuós qui celsos términos tutánt . . 10

34—35 Prest.—prestolabo.

---

29 in *om.* A^A || in me *Delrius* || 30 Annalium *Mu.* || V $L A^A$: III $B^A C^A$ || 31 dacium: *corr. Augustin.*: Dasium *Roth.* || patria eum: *corr. Iun.*: patriae veteris *Mu.* || 33 usi onere (hon.) cre.: (*corr.* G^1): tu si conere cre. *Me.*: *fort.* usione cre. || Achivi hunc sc. *Bue.*: adhuic sc.: avitum hunc sc. *Mu.*: adhuc (E^1) hunc sc. *Quich.* || patienter A^A || 34 pro prestolaretur *L* || 35 cicant optitum (obt.) C^A: c. ut opitulem *Both.*[2] || illi oscitans ante ostium? *Both.*[1], *Ribb.*: *fort.* oscitanter optio *vel* eo citante officium || 37 (imprudentem $E^1 P$): inpudenter *Ribb.* || servia *Iun.* || *fort.* servu's. praestolares || 4 Rh. add. Mu., Iun. || 8 viales || *me]* me bene *codd. Pl.*

Pomponius Parcis (107):

nón erat, qui córpus tremulum fámula tutarét, toga.

Pacuvius Periboea (298):

tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

15 PATITOR, pro patere. Plautus in Asinaria (375):

patitor tú item, cum ego te réferiam.

COPVLANTVR, pro copulant, passivum pro activo. Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras.

20 PRAESAGITVR, pro praesagit. Plautus Bacchidibus (679):

"óccidi!" — "animus iám istoc dicto plús praesagitúr mali."

EXPALPABITVR, pro expalpabit, quod est extorquebit. Plautus in Vidularia (fr. XVIII):

. sérvus a patre árgentum expalpábitur.

25 REDDIBO, pro reddam. Plautus in Casina (129):

ruri réddibo.

idem in Menaechmis (1038):

sálvum tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo . . . .

LVDIFICATA ERO hominem, pro *ludificavero*. *Plautus Milite* (927):

30 *ni* lúdificata lépide

ero, cúlpam omnem in me inpónito.

17—19 Cop.—dex.; 22—24 Exp.—exp.; 25 Redd. p. r.; 28 Plaut. sal.—reddibo.

---

11 partis: *corr. Both.*: Patruo *Bentin.* || **12** qui *Ribb.*: quid || **14** et *del.* (?) *Mu.* || tota *L A^A C^A* || templo *Lang.*: templa || **15** Patitur *L A^A C^A* || **16** tui item || **18—19** *cf. 479. 21* || **20** pro praesagat *L A^A C^A* || **21** animis: *corr. C^A* || stoc || **22** expalpavit *L^1 C^A D^A* || **23—24** *cf. 104. 11* || **24** nunc s. *codd. 104* || **26** redibo *L^1 C^A* || **28** ita *om. A^A* || **29—30** lud.—ni (*om. propter homoeotel.*) *add. Lips., Me.* || **30** lepido *L A^A B^A*: lapide *C^A* || **31** inponit *(imp.) (seq. o) L A^A B^A*: inponi *C^A*.

OSCVLAVI. Titinius † ilarubra (155):

laudór quod osculávi privignaé caput.

EXPEDIBO, pro expediam. Plautus in Truculento (138): ||

ego expedíbo: 1

rem pérdidi apud vos.

Pacuvius Periboea (281):

mane, éxpedibo. fác mihi contra quód rogo respóndeas.

MANDVCATVR, pro manducat. Pomponius Pappo 5
Agricola (99):

. nescioquî, aséllam urget quasi ásinus, uxorém tuam:
íta opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

Lucilius Satyrarum lib. IV (41):

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum. 10

idem lib. XIV (13):

tum illud quid faciat quod manducamur in ore?

Afranius Fratriis (184):

facile mánducari quî potest?

MISERETVR, pro miseret. Turpilius Epiclero (55): 15

quam mátris nunc patrís me miseretúr magis.

---

32 Osculavit A^A || Insubra *Ribb.*: Ulubrana *Mommsen. de dial. Ital. inf. p. 319*: Hilla rubra *Quich.*: Hilarula (Il.) (?) *Mu.* || 1 ego *om.* C^A || 4 fac A^A (= H^1) C^A: factum $L B^A$ || 6 sellam: *correxi* || nescioquis molam (*Ribb.*) q. a. urg. *Luchs.* (*Herm. VI, 269*) || 7 ita *om.* A^A || simitu *Both.*: simul || manducantur A^A || molet: *corr. Iun.* || 8—10 *cf. 478. 30* (*s. v.* conmanducatur); *81. 28* || 10 con (quod) manducatur A^A: conmanducatum $L B^A C^A$ || 12 cum: *correxi* || num hilum quid satiat *Mu.* || 15 Misere (-ret C^A) pro miseretur $A^A C^A$ (*seq.* tur) || 16 quom Mu. post *Both.* || *q. maris: corr.* A^A || tunc: corr. Ald.: tum Both.

Pacuvius Atalanta (353):

cepísti me istoc vérbo, miseretúr tui.

MVNERATVR, pro munerat. Turpilius Thrasyleone (203):

20 dat últro ac munerátur quod ab illo ábstulit.

RIXAT, pro rixatur. Varro Armorum Iudicio (43): 'illic viros hortari ut rixarent praeclari philosophi'. — idem Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (454):

dórmit alius. nímirum, vigilánt, clamant, calént, rixant.

25 idem de Re Rustica lib. I (15, 1): 'ne familiae rixentur cum vicinis'.

ADIVTATVR, pro adiutat. Pacuvius Duloreste (157):

íllum quaero qui ádiutatur.

Afranius Inimicis (201):

hoc, óbsecro, igitur ágite et me adiutámini.

30 Lucilius lib. XXVII (29):

néc si paulo mínus usurast mágna adiutatús diu.

PIGNERARETVR, pro pigneraret. M. Tullius de Republica lib. I (8): 'sed ut plurimas et maximas nostri animi,
1 ingeni, consili partis ipsa sibi ‖ ad utilitatem suam pigneraretur'.

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro in Εὕρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων (166): 'ita uti soliti eramus

---

26—29 Adi.—adiutamini.

17—18 Atalanta. cepisti *Me.*: ad (at) accepisti ‖ 18 istoc verbo *Me.*: isto cum erbo (her.) ‖ 19 Munerat pro muneratur (-ra L^1) LA^AB^A (*seq.* tur) ‖ 20 munerat: *corr. Both.* ‖ 21 Rixatur pro rixat C^A ‖ 22 pedari (pecl.?) L^1C^A ‖ 24 vi. cl. nim. *Mu.* ‖ uigilat A^AC^A ‖ calant A^A ‖ 25 de rerum natura: *corr. Lips.* ‖ Π A^A ‖ rixent *ed. princ.* ‖ 28 (amicis H^1) ‖ 29 hoc *om.* D^A ‖ *igitur om.* D^A ‖ 31 usurast *Mu. post Corpetum*: usuras (*om.* L^1) *et* ‖ *1 ad] id* ‖ *2 in secl. Mu.*

Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari'. — Quadrigarius Annali lib. VIII (72): 'in eo loco populus murmurari coepit'. — Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (380): 'hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos ab îs amari, conmurmurantur αὐτοί'. — idem Virgula Divina (572): 'praesertim cum ventrem meum coherceam nec murmurari patiar'.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline, περὶ θεῶν διαγνώσεως (439): 'quod in eius dei templa calceati introeunt; nam in oppido quae est aedes Apollinis et quae ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalciatur'.

NVTRITVR et NVTRICATVR, pro nutrit et nutricat. Varro Testamento, περὶ διαθήκης (542): 'e mea φιλοφθονίᾳ natis, quos Menippea haeresis nutricata est, tutores do

«qui rem Romanam Latiumque augescere vultis»'. (Enn. Ann. 478.)

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (86): 'omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus; omniaque, sicut membra et partis suas, nutricatur et continet'. — Afranius Vopisco (401):

nam nutricator oliva.

Lucilius lib. XXX (129):

se nutricatum sane caput opprimit ipse.

---

4 Plod. (*nov. lemm.*) *L* || 5 Annalium *Mu.* || meo loco A^A: eilico *Mu.* || 7 ab his || auto udem C^A: auto idem $A^A B^A$ || 7—8 *discrib. trim. iamb.* (?) *Mu.* || 8 praeser (*seq.* cum) C^A || patiatur: *corr. Iun.* || 11 quoque est *Mu.* || 12 sed quae ibi A^A || adque ibi hercules *Mu.* || excalcietur: -atur *Scal.* || 15 Menippea *Me.*: menippe (*post* pe *ras. L*): Menippei (?) *Mu.* || est *Gifan.*: et || 16 augescere *Porphyr. ad Hor. Sat. I, 2. 37*: alciscere || 21 nam nutricatur (*ed. princ.*) * * * Vergilius Georg. lib. II (425): hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam *Quich.* || 23 sensu (*supra* u *et infra ras. in L*) nitricatum $L A^A B^A$: sensi nutricatum C^A: *correxi* (*fuisse in archetypo* se nitricatum *credo*) || *sine* C^A (*cum G*).

VOLAM, pro velim. Lucilius lib. XXVIII (15):
eidóla atque atomus víncere Epicurí volam.

Plautus in Asinaria (109):
"atque aúdin etiam?" — "*écce.*" — "*siquid té volam.*"

idem eadem (152):
méo modo loquar quaé volam, quoniam íntus non licitum
ést mihi.

CONMANDVCATVR. Lucilius lib. IV (41): ||
adsequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum conplexa.

idem lib. XV (19):
vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus corrupit, ad incita adegit.

ESVRIBO, pro esuriam. Pomponius Augure (21):
"ímmo mane, non ésuribis díutius." — "quaré roga."

Novius Mortis et Vitae Iudicio (63):
ita vóbis otiósu' sum, mihi algébo et mi esuríbo?

FATISCVNTVR, pro fatiscunt. Accius Epinausimache (330):
tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Varro Antiquitate Humana lib. XIV: 'altera ita, altera vulneribus fatiscuntur'. — Pacuvius Duloreste (154):
véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

---

25 et dola: *corr. Me. post Iun.* || acomus *L A^A C^A* || **28—29** *suppl. Ald., Me. una linea praetermissa erat in archetypo* || **30—2** *cf. 477. 8; 81. 28* (*s. v.* comest) || **2** complexum *codd. h. l.*: conplexa comestque *codd. 81*: conplexu' *Mu.* || **3—5** *cf. 123. 26* (*s. v.* incitas); *143. 5* (*s. v.* mediastrinos) || **4** meiastrinum *codd. h. l.* || **5** c. ut corr. *codd. h. l.* || **9** mi esuribo *ed. princ.*: mihi servibo || **10—11** *cf. 307. 10* || **11** aut (ut *C^A*) || fatiscam *codd. h. l.* || **12** Antiquitatum Rerum humanarum *Mu.* || a. ita et a. *B^A*: a. ita v. (*om.* alt.) *Mu.*: *fort.* ut a. ita a. || **13—14** *cf. 307. 14* || **13** accius *codd. h. l.* || **14** nisi n. *codd. 307*: si n. *codd. h. l.*: *sin umquam Mu.* || quodquod *codd. h. l.*

CONSCREABOR. Plautus in Persa (308):

"set quís hic ansatus ámbulat?" — "magnífice conscreábor."

FRVTICARI, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. XV (IV, 2): 'excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides'.

EXVGEBO. Plautus in Epidico (188):

iam egó me vortam in hirúdinem atque eorum éxugebo sánguinem.

COPVLANTVR, pro coniungunt. Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur córpora.

INVENIBO, pro inveniam. Pomponius Buccone Adoptato (24):

saepe ádnuit,
ínvenibit saépe.

POENIVNTVR. M. Tullius Tusculanarum lib. I (107): 'tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos et mortuos puniuntur'.

SACRIFICANTVR, pro sacrificant. Varro || Antiquitatum Rerum Divinarum lib. XIV (60): 'biviris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduae'. — sacrificari. Varro Manio (266): 'non maledicere, pedem in focum non

1—3 Sacr.—cubiculo.

16 ansatus] conatus || 17 Fructicari pro fructicare *BA* || 19—20 *cf. 102. 30* (*s. v.* exorbebo) || 20 convortam *codd. 102* (*cum codd. Pl.*) || erundinem || horum *codd. 102* || 21—22 *secl. Mu. cf. 476. 17* || 21 coniunguntur *L* || 22 corpora] dexteras *codd. 476* (*cum Pl.*) || 24 ambit *Both.* || 25 invenibit *ed. a. 1471*: invenit || saépe adibit, ínvenibit saépe *Bue.* || 26 Poenitur *CA* || 27 (cum)—28 *cf. 471. 26* || 28 et] etiam *codd. 471* (*cum codd. Cic.*) || 2 biviris *Popma*: viris *L*: víri rell. || víri nuptiis Merk. || 3 sacr. *del. Quich.*

inponere, sacrificari'. — idem Cato vel de liberis edu-
5 candis (10): 'cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, *a* potione *Potinae* nutrici'.

DISCREPVIT, pro discrepavit. Cicero de Oratore lib. III (119): 'nihil sane ad rem pertinet, siqua in re discrepuit ab Antoni divisione'.

SPOLOR, pro spolio. Afranius Crimine (42):

10 quós inpune dépopulatur, [et] déspolatur dédecus.

Quadrigarius Annali (11): 'ita per sexennium vagati Apuliam atque agrum Campanum, quod îs per militem licebat, expolabantur'.

VERECVNDATVR. M. Tullius in Hortensio (75): 'hi nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis'.

15 CONVERTITVR, pro convertit. Plautus in Amphitryone (238):

séd fugam ín sé tamén némo cónvértitúr.

RVMINATVR. Varro Sexagesi (505): 'erras, inquit, Marce, accusare † nos. ruminaris antiquitates'. — idem Bimarco (60): 'Odyssiam enim Homeri ruminari incipis'.

---

4 ponere *CA* || **4—6** *cf. 108. 16* (*s. v.* Edusam et Potinam) || **5** cum primoribus *codd. h. l.*: cum pro cibo *codd. 108* || et *codd. 108*: de *codd. h. l.* || **6** ab idibus aedusae potione nutr. *codd. h. l.* || nutricis (*i. e.* -ces) *Ries.* || **7—8** *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 25*) || **8** sano L^1 || **9** pro spolior *L AA CA* || Spolior pro spolio *Both.* || **10** et *del. Both.* || dispolatur: despoliatur *Both.* || **11** Annalibus *vel* Annalium I *Mu.* || vagati] lugati *L* || **12** Apuliam *Iun.*: ampolam || his] eius *Palmerius* || expolabatur *L BA*: expoliabatur *AA*: spolabatur *CA*: spoliabatur *Peter* || **13** -dantur *AA* || **17** Ruminatum (-tur *index marg. in BA* [= *H*]) || **18** accusans n. *Quich.*: acc. noli n. *Bue.*: *fort.* a *causa et re nostra* || criminaris: *corr. Ald.*: ruminans *Bue.* || *-tem (?) Mu.* || *18—19 cf. 383. 30* || **19** incipes: (*corr. H²*).

PRECANTVR. Varro Eumenidibus (152): '«ego medicina, Serapi, utar!» cotidie precantur. intellego recte scriptum esse Delphis: ϑεῷ ἥρα'.

MIRAS, pro miraris. Varro Eumenidibus (128):

hospes, quid miras auro curare Serapim?
quid? quasi non curat † tantidem Aristoteles.

idem eisdem (129):

aut ambos mira aut noli mirare † de me de eodem.

NOLITOTE, pro nolite. Sisenna Hist. lib. III (10): ‖ 'nolitote mirari, quam desperata voluntate ad unam belli faciendi viam'.

GLISCITVR, pro gliscit. Sempronius Asellio Historiarum lib. IV (4): 'ut maior invidia Lepido glisceretur'.

IGNESCITVR, pro ignescit. Laberius Colace (26):

figúra humana inimíci ardore ignéscitur.

LVXVRIABAT, pro luxuriabatur. Tubero lib. XIV Hist. (10): 'pars omnis luxuriabat'. — Vergilius lib. III (Georg. 81):

luxuriatque toris animosum pectus.

FOCILATVR. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'propter secundas sublato metu non in commune spectant, sed suum quisque diversi conmodum focilatur'.

3—4 Gl.—gl.; 7—9 Lux.—toris.

---

20 Precantor (Prae.) *index marg. in* B^A (= *G*): Precant *Vahlen.* ‖ **20—21** m. a Serapi (*Turneb.*) adiuter *Mu.* ‖ **21** Serapii *Quich.* ‖ *fort.* tua utar ‖ precant *Vahlen.* ‖ scriptum tum e. C^A: inscr. e. (?) *Mu.* ‖ theo hera: *corr. Oehler.* ‖ **23** auro *scripsi*: animo (*idem error 504. 5*) ‖ **24** quid] qui L^1 ‖ tanti item *Ribb.* ‖ *fort.* quid? quasi non non curat A. tantidem! ‖ **25** i. eiusdem $A^A B^A C^A$ ‖ **26** deum me *Ries.* ‖ de eodem *del. Roeper.* ‖ *fort.* aut ambos mira aut noli deum me de eodem *vel* aut ambos mirare aut noli me de eodem ‖ **27** N. p. n. *secl. Quich.* ‖ **1** -re C^A ‖ **2** vi. adplicemus animum (?) *Mu.* ‖ **4** maio D^A ‖ **8** hominis *vel* omnis $C^A D^A$: bonis *Mu.*: *fort.* omnibus *vel* omni re ‖ Georg. lib. III *Me.*: lib. II (*seq.* l) ‖ **10. 12** Focillantur *ed. a. 1471* (*ita et infra*) ‖ **11** pr. res sec. *Popma*: pr. secunda Freinshemius ‖ communi: *corr. Iun.* ‖ spectent A^A ‖ **12** sum $L^1 C^A$ ‖ diversi

EMVNGERENTVR. Varro Cato vel de liberis educandis (27): 'eo consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent neque emungerentur'.

LIBERTATEM VTI, pro uti libertate. Titinius Quinto (98):

item úti eum oportet líbertatem, quí sapit.

Novius Zona (98):

atque facilitátem,
video, úteris vulgáriam.

Lucilius Satyrarum lib. XIV (16):

quem metuas saepe, interdum quem utare libenter.

Sic POTIOR ILLAM REM, pro illa re potior. Terentius Adelphis (cf. 876):

mílle potior gaúdia.

Lucretius lib. III (1037):

adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus sceptra potitus.

Naevius Lycurgo (34):

dic quó pacto eum potíti: pugnan án dolis?

Accius Phoenissis (590):

natús uti tute scéptrum potiretúr patris.

13—15 Em.—emungerentur.

13—15 *cf. 395. 3* (*s. v.* siccum, firmum) || **14** eo se conse. *codd. 395* || ut *DA*: *om. rell.* || expuerent *DA*: spuerentur *codd. 395, fort. recte* || **481. 16—482. 11** *secl. Quich.* (*Introd. Lect. Non. Marc., p. 10*) || **16** (pro lib. [*om.* uti] *E*¹*P*) || **17** ita *Both.* || eum] cum *CA* || **18—20** *cf. 488. 26* (*s. v.* vulgariam) || **20** v. haut ut. *Ribb.* || **23** potior (*alt.*) *secl. Mu.* || **23—24** Ter. Ad. * * * mille *Mu.* || **24** hic potitur gaudia *Ter.* || **26** helicaoniadum || munus *L ex corr. AA CA* || **27** esceptra *L CA*: escreptra *BA* || potitur: potius *codd. Lucr.* || **29** pugna an: *corr. Both.* || **31** ut t.: virtute *Fruter., Iun.* || poteretur *Guietus, Both.*

Turpilius Lindia (146):

me vís potiri? fác, ego potiar quód volo.

Pacuvius Atalanta (56):

regi † ut memorabis nunc regnum pótitur transmissú patris. 35

Sic et OPVS EST ILLAM REM, pro illa re. || Plautus 1
Cistellaria (340):

malum aufer; bonum mihi opus est.

et in Captivis (164):

iam máritimi omnis mílites opu' súnt tibi.

Lucretius lib. II (815): 5

scire licet nil principiis opus esse colores.

Sic et CALLET ILLAM REM, pro illa re. Pomponius
Pictoribus (118):

mírum ni haec Marsa ést: in colubras cállet cantiúnculam.

Afranius Epistula (124):

quamquam ístaec malitiósa non tam cálleo, 10
tamen nón fefelli?

32—33 *post 482. 6*: *huc transposui* ('*Non. Marc.*' *p. 95*) || **33** portiri L^1C^A || potiar *Ald.*: potior || **35** regi (reite *Mu.*) ut memoravi, is nunc r. *Both.*: Tegiae memoravi nunc r. *Bue.*: Tegiae nunc nemoralis r. *Ribb.* || **6** nihil in pr. || colore *codd. Lucr.* || **7** re] ille L^1C^A || **8** canticulam: *corr. Passerat.* || **11** t. fefellit *Both.*: t. fefelli *Ribb.*: t. hunc (*vel* vos) fefelli *Bue.*

VIII.

INCIPIT

DE MVTATA DECLINATIONE.

APRICATIO, pro apricitas. M. Tullius de Senectute (57): 'ubi enim potest illa aetas aut calescere apricatione melius vel igni?'

ITINER dictum pro iter. Varro Pranso Parato (421):

Luna éxpectans Adriám se itiner longúm sermone leváre.

Plautus in Mercatore (929):

quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sines?

equidem mutata declinatio non est. ab eo quod est iter iteris facit, ab eo quod est itiner itineris.

Lucretius lib. VI (339):

obvia discutiat plagis itinerque sequatur.

Accius Oenomao (500):

coniúgium Pisis pétere, ad te itiner téndere.

idem Meleagro (457):

labóre aut minuat ítiner ingressúm via.

14—17 DE—pro iter; 18 Varro it.—levare; 24 Lucr. obv.—sequatur.

---

14 -TIS *et* -NIBVS *Mu.* || 15 apricacitas *L* || 18 sperans *Mu.* || adria se $L\,A^{A}B^{A}$: adriassent C^{A}: *corr. Roth.* || 20 ego C^{A} || sine $L^{1}C^{A}$: sinis *codd. Pl.* || 21 quidem $L^{1}C^{A}$ || 21—22 *secl. Mu.* (*cf.* 485. 4) || 22 iter iteris] itiner itineris $L\,B^{A}C^{A}$ || 24 plagis] *gladis* $L^{1}C^{A}$: gladiis $A^{A}B^{A}$: cladis D^{A} || 26 Pis. pet. *Delrius*: *tisis patere* || 28 laborem ut *Guietus* || ingresso viae *Voss.*

Turpilius Thrasyleone (207):

age, age, égredere! atque utinam ístuc perpetuum ítiner sit tibi . .! 30

FESTINEM, pro festinantem. Titinius Quinto (103):

nunc hóc uror, nunc haéc res me facit féstinem. ||

LACTE, nominativo casu, ab eo quod est lac. Ennius lib. XI (365): 1

et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta.

Hemina Annalium lib. IV (36): 'ex Tiberi lacte aurire'. — Caecilius Titthe (220):

praesértim quae non péperit, lacte nón habet. 5

Varro Andabatis (26):

cándidum lact é papilla cúm fluit.

MANSVETEM et MANSVEM, pro mansuetum, ut sit nominativus mansues. Plautus Asinaria (145):

réddam ego te ex ferá fame mansuétem. 10

Accius Meleagro (453):

nunc sí me matrem mánsues misericórdia
capsít.

Varro Ὄνος λύρας (364): 'non vidisti simulacrum leonis ad Idam eo loco, ubi quondam subito eum cum 15 vidissent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt mansuem, ut tractarent manibus?'.

---

1 Lacte—lac; 3—4 Hem. ex—haur.; 7 Varro candi.—fluit.

---

30 ist. ut. *Both.* || ut. *post* sit *Havet.* || 1 L. pro nom. *L* || ab] pro *Mu.* || X C^A || 2 et simul er. *Gulielm.*: essi mulier er. || ceu] ceci A^A: (cecu *Paris. 7666 et fort.* C^A) *vide ne in archetypo* ceci *fuerit* || 6—7 *cf. 486. 4* || 7 confluit *codd. h. l.* || 8 Mansuete et mansues: *corr. Mu., Quich.* || 10 feram *L* A^A C^A || mansuetam *codd. Pl.* || 12 mansuem *Mu.* || 13 tapsit L^1 || 14—18 *troch. metr. disp. Mu.* || 14 conuidisti C^A || 15 e loco: *Popma* || 16 *fecerunt Gulielm.*: ferunt.

QVAESTI vel QVAESTVIS dictum pro quaestus. Titinius Fullonibus (26):

20 ni nós texamus, níhil siet, fullónes, vobis quaésti.

Plautus Aulularia (83):

nam híc apud nos níhil est quaesti fúribus.

Novius (105):

pér deam sanctám Lavernam, quaé cultrix quaestíst tui!

25 Terentius Hecyra (836):

numquam ánimum quaesti grátia ad malás inducam pártis.

Pomponius Pistore (123):

nám plus quaesti fácerem quam quadrínas si haberém molas.

Turpilius Demiurgo (42):

30 múlier meretrix, quaé me quaesti caúsa cognovít sui.

idem Hetaera (84):

simulári me a se amári quaesti grátia.

Caecilius Venatore (129):

satine huic órdini,

35 etsí nil egi, quaésti, quia sunt aémuli?

Varro Cato vel de liberis educandis (34): 'non in suarum manuum opificio, quibus † alme lino quid faciunt aut palma. nam liberti quaestuis causa derivant suas res pueris'.

---

18 Questu v. q. C^A || 20 siet *Bue.*: est: erit *Mu.* || 22 e. aliud q. *codd. Pl.* || furius || 23—24 N. Pedio per deam *Mu.*, (*sed cf.* '*Non. Marc.*' *p. 95*) || 24 sancta $L\,B^A C^A$ || quae cultrix *om.* L^1 || quaestist tui *scripsi*: quaestui sit || quae mei c. quaestuist *Ribb.* || 26 adducam *codd. Ter.* || 28 quam rinas L^1: quam quadrina C^A || malos B^A (*cum H*) || 32 simulare *Both.*[2] || 33 Feneratore *Spengel.* || 34 huc: *corr. Both.* || ordine L^1 || 35 (ego $E^1 P$) || quaesti quaesti C^A || sunemuli: *corr. Ald.* || 'étsi nil ego égi, quaesti?' 'quaésti?' 'quia sunt aém.' *Ribb.* || 36—37 insuerunt *Mu.* || 37 manum *Quich.*: manu || qui e busso *aut l. Mu.* || *fort.* quibus alumni || faciant *Barth.* || 38 *fort. aut plama* || liberti *Iun.*: lib II || deribant: diribent *Mu.*

TVMVLTI, pro tumultus. Plautus Casina (649): ‖
quid íntús tumúltí fuít? 1

Terentius in Andria (365):
níhil ornati, níhil tumulti.

Pomponius Piscatoribus (121):
quod hoc ést tumulti. 5

Accius Aeneadis vel Decio (1):
nihil néque pericli néque tumulti est, quód sciam.

idem Nyctegresia (485):
cuius vós tumulti caúsa accierim et quíd parem, animum advórtite.

VICTI, pro victus. Plautus Captivis (855): 10
proin victi quotidiani ventrem ad me adferas.

AESTI, pro aestus. Pacuvius Chryse (97):
aésti forte ex árido.

SENATI vel SENATVIS, pro senatus. Plautus Epidico (189):
senáti qui columén cluent. 15

Sallustius Catilinae Bello (30, 3): 'igitur senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, *Q.* Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi'. — Sisenna Hist. lib. III (17): 'Lucius Calpurnius Piso ex senati consulto duas novas tribus'. — idem (136): 'simul et senati

---

39—1 Tum.—fuit; 10—11 Vic.—adf.; 14—16 Sen.—decr.; 19 Sis. Luc.—consulto.

---

5 quid *Ald.* ‖ 9 acierim B^A ‖ et] er A^A ‖ parum (-rom *P*) aduorti (*om.* animum) $L A^A B^A$: parem animum advortito C^A: *corr. Stephanus* ‖ 11 proin *Pl.*: pro ‖ proín tu tui cotídiani vícti vent. ad me. áff. *codd. Pl.* ‖ 13 fonte *Osann.* ‖ 14 vel senatus A^A: *om.* D^A ‖ 17 Q. Metellus *Sall.*: m̄ tullius ‖ 18 quicunque: *corr.* B^A ‖ 19 lucilius $C^A D^A$: lucius (H) vel lucili- ($E^1 P$) A^A ‖ *senatis: corr. Guietus.*

consultis clarissimis amplificati'. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'posteaquam Q. Fabio Maximo dictatore' * * *

VAS, pro vades. M. Tullius de Officiis lib. III (45): 'vas factus est alter eius sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi'.

SVMPTI, pro sumptus. Plautus Trinummo (250):

quod ebibit, quod comest, quod facit sumti.

Turpilius Philopatro (182):

ecce aútem tuo more, úti soles, vidére mi
aegre íd pati quia hós dies conplúsculos
intércapedo súmti faciundí fuit.

Lucilius lib. XXX (19):

quid dare, quid sumti facere ac praebere potesset.

Caecilius Plocio (180):

quid hóc futurum obsónio est, ubi tántum sumti fáctum?

Varro || Bimarco (52):

cúm novissimé mutaret, quántum sumpti fécerit.

ITERIS positum pro itineris. et quidem recte, ab eo quod iter, iteris facit; itiner, itineris. Naevius Lycurgo (33):

ignótei íteri' súmu'; túte scís?

24—25 Sum.—sum.; 3—5 It.—scis.

---

20 ampl. * * * *Mu.* || de vita populi (*om.* romani) *L A^A C^A* (*siglum* pr̄ *male explicatum erat*): pr̄ (*om.* de vita) *B^A* (= *G*) || **21** III *Kettner.* || **22** vades *ed. a. 1476*: vade || I *L B^A* || **24—25** *cf. 81. 20* || **26—29** *cf. 525. 29* (*s. v.* dies, acc.) || **27** tuo more ut *codd. 525*: tuum ore uti *codd. h. l.* || **28** hoc *codd. h. l.* || **31** potisset || **33** est *Both.*: et || **2** mitaret L^1: putaret *Meinek.*: putarit *Kettner.*: *fort.* aestimaret || sumptif. *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*) || **3** (et q.)—**4** (itineris) *secl. Mu.* (*cf. 482. 21*) || **4—5** *cf. 124. 32* (*s. v.* ignotae) || **5** ignoti (igoniti L^1) *codd. h. l.* (*cum codd. Prisc. I, p. 229*): -tae (-te) *codd. 124* (*cf. Class. Rev. XVI, 48*).

Accius Oenomao (498):

"praésto etiam adsum." — "expróme quid fers? nám te † longo ítere cerno
vádere."

idem Telepho (627):

stúdiumque iteris réprime. 10

Varro Cycno, περὶ ταφῆς (79):

tua témpla ad álta fání properáns citús iteré.

EXERCITI vel EXERCITVIS, pro exercitus. Accius Armorum Iudicio (150):

in quó salutis spésque summas síbi habet summa exérciti. 15

idem Epinausimache (310):

. cóntra quantum obfúeris, si victús sies,
consídera et quo révoces summam exérciti.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'quibuscum turpe fecerant foedus sine publico consilio, dediderunt 20 hosti. quid quod Decius imperator pro exercituis salute se dis Manibus devovit?'

ASPECTI, pro aspectus. Accius Astyanacte (187):

abdúcite intro; nám mihi miseritúdine
conmóvit animum excélsa aspecti dígnitas. 25

7—8 Acc. expr.—vad.; 13 Exerciti pro ex.; 21—23 Varro quod—pro asp.; 25 Acc. comm.—dignitas.

---

7 etcam L^1: em iam (?) *Ribb.* || t. l. ab it. *Ribb.*: t. e l. it. *Mu.*: *fort.* t. l. ego it. || 15 (spesque supremas *G*): spes supremas *Iun.*: spesque (*gen.*) summam *Bue.* || *fort.* spes opésque summas | síbi || 17 c. tu *Mu.* || obfuerit (?) *Ribb.* || 19—20 a quibus ictum t. fec. *Popma* || 20 dederunt: *corr. Quich.* || 21 hostibus *Kettner.* || h. * * * idem eodem, quid quod D. *Palmerius* || quodquod C^A (*supra add. in L*): quotquot B^A: quod $A^A D^A$ || pro $L A^A B^A$: propter $C^A D^A$ || exerciti: corr. Kettner. *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 443*).

idem Alphesiboea (80):

. ó dirum hostificúmque diem! o
vim tórvam aspecti atque hórribilem!

SCRIPTIO, pro scriptura. Cicero de Oratore lib. II (5):
30 'illud autem est huius institutae scriptionis ac temporis'.

SALTI, pro saltus. Accius Melanippo (435):

híc Melanippum intér traiectus némorum in salti faúcibus.

LVCTI, pro luctus. Accius Pelopidis (519):

césso hinc ire et cápere lucti véstem in leto cóniugis.

35 idem Nyctegresia (491):

tún quod superest sócium mittis léto? an lucti paénitet? ‖

1 PARTI et PARTVIS, pro partus. Pacuvius Atalanta (69):

ubi égo me gravidam séntio adgravéscere
propínquitate párti.

Varro Andabatis (26):

5 cándidum lact é papilla cúm fluit, signúm putant
pártuis, quod híc sequatur múlierem e partú liquor.

FRONS, pro frondes; ut Vergilius Georg. lib. II (372):

praeterea cum frons tenera inprudensque laborum.

Varro Parmenone (390):

10 caéditúr lótos *álta*, álta frós décidít Pálladís, plátanu' rámís.

31—32 Sal.—faucibus.

---

27 odirum L^1: odiorum $A^A B^A C^A$: o deírumque *Mu.* ‖ 27—28 ovium turbam: *corr.* Σ ‖ 32 intra $L A^A$ ‖ 34 lapere: *corr. Mu.* ‖ lecto $A^A B^A$ ‖ 36 tun *Voss.*, *Both.*: tunc ‖ 1 et partui C^A ‖ 2 (adgravescere *Lugd.*, *Bamb.*) ‖ 3 partis $L A^A C^A$ ‖ 4—5 (fl.) *cf. 483. 7* (*s. v.* lacte, nom.) ‖ 7—8 *cf. 114. 1* ‖ 10 lotos *Me.*: lutos B^A: lutos *vel* lucos $A^A C^A$: lucos L ‖ alta *add. Bue.*: *alma Mu.*: atque *Ries.*

IBVS pro îs minus latinum putat consuetudo, cum veterum auctoritate plurimum valeat. Titinius Gemina (59):

eu! ecástor,
sí moratae sítis ambae íbus pro ut ego móribus!

Plautus Milite (74): 15

latrónes, ibus dínumerem stipéndium.

Pomponius Pappo Agricola (103):

nunc, quándo noluísti facere, fác voluptatí sies
ibús.

EXCELSITAS. M. Tullius de Officiis lib. III (24): 20 'etenim magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo'.

CAMPANS, pro Campanum. Plautus in Trinummo (545):

credo égo istuc, Stasime . . . sed Campáns genus
multó Surorum iam ántidit patiéntia.

PERNICII, pro perniciei. M. Tullius pro Sexto Roscio 25 (131): 'quorum nihil pernicii causa divino consilio, set vi ipsa ac magnitudine rerum factum putem'. — Sisenna Hist. lib. VI (128): 'Romanos inferendae pernicii causa venisse'.

HEREM, pro heredem. Naevius Gymnastico (58):

atque meís bonis 30
ómnibus ego te hérem faciam. ||

---

11 his || **14** sitis mor. *Ribb.* || pro ut ego *Herm.*: ut ego pro || moribus *cod. N. Fabri*: maoribus L^1: mauribus C^A: maioribus $A^A B^A$ || **16** den. || **18** (uoluisti *G*) || **21** e. multo m. *codd. Cic.* || **22** *fort.* pro Campanus || **23** istasime || st. ita esse sed C. *Pl.* || **24** multos vestrorum (ūr.) i. ancidit patentia C^A || **25** Pernici || **26** pernici: -cie *codd. Cic.*: -cii *Gell. IX, 14. 19* || **26—27** sed vi *Cic. et Gell.*: et ut || **27** et m. *codd. Cic. et Gell.* || magnitudo ne A^A || putamus *codd. Cic.* || **28** inferendae *Gell. IX, 14. 8*: in re cerne || pernici || **29** Heredem pro heredem C^A || **31** *te ego Mu.* || heredem L $B^A C^A$.

GELV ars monoptoton esse vult; contra sentit auctoritas. Lucretius lib. V (205):

adsiduosque geli casus mortalibus aufert.

idem lib. VI (156):

denique saepe geli multus fragor atque ruina.

VAPOR et VAPOS et TIMOR et TIMOS et LABOR et LABOS ita sunt ut color et colos. Lucretius lib. VI (952):

pervolitant, permanat odos frigusque vaposque.

Naevius Lycurgo (40):

iam ibí nos duplicat ádvenientis tímos, pavos.

Accius Andromeda (112):

quí neque terraest dátu' nec cineris caúsa umquam evasít vapos.

Varro Manio (247):

sternít iuvencus, quám labos mollém facit.

PERVICO, pervicaci. Accius Armorum Iudicio (158):

sed pérvico Aiax ánimo atque avorsábili.

IONI. Plautus Aulularia (556):

quem quóndam Ioni *Iúno* custodem áddidit.

ANTISTITAM. Accius Astyanacte (167):

utinam únicam mihi antístitam Arquitenéns suam tutétur!

GEMITI. Plautus Aulularia (722):

tantum gemiti et mali, maestitiae mihi hic dies optulit.

1—3 Gel.—auf.; 5—10 idem fr. a. r. g.—timos; 14 Varro ster.—facit.

---

3 que *om.* $C^A D^A$ || 5 geli *post* ruina || 8 -tas $L A^A B^A C^A$: -tans D^A || ados: odor *codd. Lucr.* || 10 pavos *om.* D^A || 12 cynneris: (*corr. G*) || 14 stertit iuventus *Oehler.* || 16 advorabili $A^A C^A$: vorabili $L B^A$: *corr. Mu.* || 18 Iuno *om.* || 23 mali *om.* C^A // *mihi d. hic* C^A: hic d. mihi *codd. Pl.*

SPECIS, pro specubus. Accius Alcmeone (62):

quod dí in terram infernám penitus 25
depréssum altis clausére specis.

GALLVM, pro gallorum. Varro Eumenidibus (140):

rúditatem ac pudórem gallûm, coépit, mihi † videri.

GENERIBVS, pro generis. Accius Alcmeone (64):

qui ducat, cúm te socerum víderit, 30
géneribus tantam ésse inpietatem?

ARGVS, pro Argivus. Plautus Amphitryone (98):

Amphítryo natus Argis ex Argó patre.

Vergilius Aen. lib. IV (661):

auriat hunc oculis ignem crudelis || ab alto 1
Dardanus.

AVGVRA, pro auguria. Accius Telepho (624):

pró certo arbitrábor sortis, óracla, adytus, aúgura?

HVMV, pro humo. Varro Pranso Parato (422): 5

contrá coactu' cérvu' latratú canum
fertúr bisulcis úngulis niténs humu.

idem [Varro] *Ταφῇ Μενίππου* (531): 'in pavimento non audes facere lacunam; at in humu calces facis elixos'.

---

24 Spec. pro spec.; 25—26 Accius pen.—specis.

---

24 Spectis C^A || 25 interdum inferam: in terram infernum *Bue.*: in sedem infernam *Mu.* || 28 pruditatem: *corr. Oehler.*: probitatem *Ries.* || ac *Ries.*: a A^A: an $L\,B^A\,C^A$ || c. inibi *Vahlen.*, videris *Mu.*: c. mihi sic uendere *Bue.* || 30 quis deicat *Mu.* || vid. soc.: *corr. Voss.* || 31 tanta C^A || 33 natum || 34—2 *secl.* (?) *Mu.* || 5 Humo pro humo C^A: Humu (*H*) *vel* Humo (E^1P) pro humo A^A || 5—7 *cf. 353. 20* (*s. v.* niti, ambulare) || 6 servus *codd. utrobique*: *corr. Turneb.* || 7 neces *codd. h. l.*: neites *Mu.* || humum || 8 idem *Mu.*: vident (-den C^A) || Varro *om.* $L^1\,C^A$ || 8—9 *cf. 48. 18* (*s. v.* elixum) || 9 non aedes *codd. h. l.* || *fort.* iacere lagoenam—iacis || humo || calceos: corr. Bue. || elixos (di- C^A): *(corr. H).*

FLVCTI, pro fluctus. Accius Telepho (633):
fluctí cruoris vólverentur míhi . .

idem Clytaemestra (33):
flúcti inmisericórdes iacere, taétra ad saxa adlídere.

Pacuvius Chryse (76):
intereá loci
flúcti flaccescúnt, silescunt vénti, mollitúr mare.

PISCATI, pro piscatus. Pomponius Piscatoribus (119): "quíd habes in syrpículis, calve?" — "ómne piscatí genus."

Turpilius Demetrio (21):
antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
tum erát piscati.

POEMATIS. M. Tullius *de Officiis* lib. III (15): 'quod item in poematis, in picturis usu venit'.

CVLTIO, pro cultura. M. Tullius de Senectute (56): 'num igitur horum senectus miserabilis, qui se agri cultione oblectabant?'

VVLGARIAM, pro vulgarem. Novius Zona (98):
átque facilitátem,
video, úteris vulgáriam.

Turpilius Thrasyleone (205):
. nón est mediocrís res neque vulgária
fallácia haec.

17—18 Pisc.—gen.; 24—25 Cult.—oblectabant.

---

11 uoluerunt B^A || mihi (michi *L*)] Mysii *Bue.* || **13** taetra *Mu. post Me.*: et aetra L^1: et aethra $A^A B^A$: et aetera (*Paris. 7666*) *vel* aetera (*om.* et) (*Lugd. Bamb.*) C^A || **15** loca: *corr. Gulielm.* || **16** flacciscunt || **20** fluat C^A || **21** tum orat L^1: tumeor at $A^A B^A$ *ut vid.*: tum erat C^A (*cum* H^2) || **22** de off. *add. Me.* || **23** item (autem) *codd. Cic.*: idem || usum $L A^A B^A$ || **25** m. fuit *codd. Cic.* || **26—28** *cf. 481. 18* (*s. v.* uti *cum accus.*) || **27** aquae (*corr.* $E^1 P$) *codd. h. l.* || **30** em non *Havet.* (*Mél. Graux, p. 809*) || non e. m. neq. v. *Mu.*: non e. m. r. neq. est v. *Ribb.*: non e. m. haec *r. neq. v. Studem.* || *fort.* non m. est || **31** haec fall. (*troch.*) *Both.*

Afranius Privigno (263):
dehinc témeritatem répudio vulgáriam.

PANNIBVS, pro pannis. Pomponius Maccis Geminis (70):
. "bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de pánnibus." 35

INDECORIS, pro indecora. Accius Athamante (193): ||
cúius sit vita indécoris, mortem fúgere turpe haut cónvenit. 1

Vergilius lib. XII (25):
nec genus indecoris.

FETIS, pro fetibus. Accius Bacchis (243):
ubi sanctú' Cithaeron 5
frondét viridantibu' fétis.

SVBLIMA, pro sublimis. Accius Phinidis (576):
aut saépe ex humili séde sublima évolat.

Sallustius Historiarum lib. III (27): 'nam tertia tunc erat, et sublima nebula caelum obscurabat'. 10

Ab eo quod est labos LABOSVM facit non laboriosum Lucilius Satyrarum lib. III (10):
praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

NEFANTIA, pro nefanda. Lucilius Satyrarum lib. III (59):
Tantalu' qui poenas, ob facta nefantia poenas, 15
pendit.

idem lib. XXIX (65):
díssociata aeque ómnia ac nefántia.

---

7 Subl. p. subl.; 9—10 Sall. nam—obscurabat; 14—16 Nef.—pendit.

34—35 *cf. 154. 21* (*s. v.* primiter); *506. 28* (*s. v.* es pro esto) || **35** quin bo. *codd. 154* || eripisti *codd. h. l.* || **36** pro indecore C^A || **1** cuiust *Mu.* || turpem *Iun.* || aut || **8** sublimia evolat $L^1 C^A$: sublime volat A^A || **10** tunc] luna *Machly.* || **11** labes *Mu.*: *fort.* lābor || non lab. *del. Quich.* || **13** inter est C^A || **14** VI C^A || **15** poenas *alt. om.* D^A || **18. 21** dissociat (seq. a): *corr. Guietus, Oehler.* || atque: *corr. Fruter.* || dissociataque Bue.

Varro Sciamachia, *περὶ τύφου* (509): 'ego, inquit,
20 ei eam suppetias, quicum mihi nec res nec ratio est,
«díssociata aeque ómnia ac nefántia?»' (Lucil. XXIX, 65.)

GRACILA est, pro gracilis [est]. Lucilius Satyrarum lib. VIII (1):

quod gracila est, pernix, quod pectore puro,
quod puero similis.

25 BACCHANALIORVM, pro bacchanalium, ut vectigaliorum et conpitaliorum et novaliorum et vulcanaliorum. Sallustius (Hist. III, 31): 'exaudirique sonus bacchanaliorum'. — idem Historiarum lib. IV (III, 50): 'Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus'.

TVMVLTI. Ennius Hectoris Lytris (143):

30 quid hoc híc clamoris, quíd tumulti est? nómen qui usurpát meum?

Turpilius Paedio (154):

. . . progrediór foras visére quid hic tumúlti
anté fores.

Sallustius in Catilinae Bello (59, 5): 'ille cohortis
35 veteranas, quas tumulti causa conscripserat, in frontem,
1 post eas ceterum ‖ exercitum in subsidio locat'. — Afranius Vopisco (393):

hém, quid hoc? perií! pertimui! quíd tumulti exaúdii?

PROGENII. Pacuvius Paulo (1):

5 patér supreme nóstrae progenií patris.

---

19 ego enim quid C^A ‖ **20** ei eam *Mu.*: etiam A^A: eam $L\,B^A C^A$ ‖ quicum *Bue.*: qui tunc ‖ **22** est *pr. om. ed. a. 1471* ‖ est *alt. om.* A^A ‖ **23** e. pede quod pern. *I. Dousa* ‖ **24** (puro $E^1 P$) ‖ **27** nonus C^A ‖ **28** Vulc. die] religione Vulc. *Havet.* ‖ **29—490. 22** *post 490. 27 collocand. videntur* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 26*) ‖ **30** qui tum. C^A ‖ **32** hic *Both.*: hi (*seq.* t) L^1: in C^A: hinc $A^A B^A$ ‖ **33** foros A^A ‖ **35** fronte *codd. Sall.* ‖ **3** exaudio *Ribb.* ‖ **4** Progenis (*Lugd. Bamb.*) *vel* -niis (*Paris. 7666*) C^A ‖ *5 progeni ‖ patres Mu.*

STREPITI, pro strepitus. Ennius Hectoris Lytris (144):
quid in cástris strepitist?

ADMIRABILITAS, pro admiratio. M. Tullius de Officiis lib. II (38): 'ergo et haec animi despicientia admirabilitatem magnam facit'.

ITINER, pro iter. Ennius Telepho (292): 10
deûmque de consílio hoc itiner crédo conatúm modo.

Pacuvius Atalanta (44):
dolét pigetque
mági' magisque mé conatum hoc néquiquam itiner . . . .

idem Duloreste (121): 15
Délphos venum pécus egi, inde ad stábula huc itiner cóntuli.

FEROCIA, pro ferocitate. Pacuvius Teucro (345):
nisi cohérceo
protérvitatem atque hóstio feróciam.

DELERITAS, deleratio. Laberius (139): 20
quaenám mens, quae deléritas vos súbpolitorés facit
cum cáno eúgió puéllitári?

HOLERORVM, pro holerum. Lucilius Satyrarum lib. XV (31):
tintinabulum abest hinc surpiculique holerorum.

MIXTVRA et MODERATVRA. Varro de Vita Populi Romani 25
lib. I: '† sed quod ea et propter talem mixtura inmoderata exaquiscunt, itaque quod temperatura moderatur in Romuli vita triplicis civitates'. †

---

8 Mirabilitas: *corr. Quich.* || 8—9 *cf. 203. 11* || 9 disp. || 16 D. versum *Ranchinus* || p. e. (*Iun.*) inde *Voss.*: pecus secunde (-dae) || ad *Iun.*: ab || huc *Mu.*: ac: haec *Ribb.* || 17—19 *cf. 121. 14* (*s. v.* hostire) || 18—19 n. cicia (citia) fericitate (-roc- *A*[4]) atque (ad.) ferocia (*om.* hostio) *codd. h. l.* || *scripturam corruptissimam inde ortam credit Mu., quod hi versus olim post 492. 2 positi, cum ibi intercidissent, summae paginae margini in archetypo adscripti essent* || 21 -ris || 22 ca. anilique eu. *Bue.* || 25 Mi. pro mod. *ed. princ.* || 26—27 misturam immoderatam *Ald.* || 27 exaquiscunct *C*[4]: exacescunt *edd.* || ita quoque temperatur *moderatura Roth.* || vita] civitate *Quich.*

GVBERNA, pro gubernacula. Lucilius Satyrarum lib. XX (12):

proras despoliate et detundete guberna. ||

1 SINGVLARIA, pro singulari. Turpilius Demetrio (28):

homo única est natúra ac singulária.

LVBIDINITAS, pro lubidine. Laberius in Scylace (81):

lubídinitate lábitur.

5 FRVCTI vel FRVCTVIS, pro fructus. Turpilius Canephoro (12):

sati' frúcti reddunt.

idem Hetaera (86):

haec si ínpetro abs te ut fáciat,
sati' frúcti cepero éx te.

10 Varro de Re Rustica lib. I (2, 19): 'eius enim salivam esse fructuis venenum'.

MENSIONEM, pro mensuram. Cicero in Oratore (177): 'aures enim vel animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem'.

15 VOLVTABVNDVS, pro volutans. M. Tullius de Republica lib. II (68): 'cupido autem et expetenti et lubidinoso et volutabundo in voluptatibus'.

PORTI, pro portus. Turpilius Demiurgo (48):

neque naútae, cum essent círcumventi véntis, incerto ítinere,
20 porti índigentes.

DOMVIS, pro domus. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (522): 'perrexit in interiores partes domuis'.

---

29 detundite (-ditate C^A) || pr. detendite et spoliate gub. *codd. Mar. Victor. p. 56. 11* || 3 Colace *Iun.* || 8 faciet B^A *ut vid.* || h. s. a. t. u. fa. i. *Havet.* (*Mél. Graux, p. 810*) || 11 venenum *cod. Varr.*: veneno || 12 pro mensura $LB^A C^A$ || 14 vocem: *corr.* B^A || 16 appetenti (?) *Mu.* || 17 voluntatibus $LA^A B^A$ || *21—22 cf. 217. 15.*

SONITI et SONV, pro sonitus et sono. Pacuvius Duloreste (133):

quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

Caecilius Chalciis (20): 25

núm quid nam forés fecere sóniti?

Sisenna Historiarum lib. III (26): 'postquam sonu signorum proelium magno cum clamore virorum commissum est'.

GLVTINO, pro glutine. Lucilius lib. XXVI (XXVIII, 41):

praetérito tepido glútinator glútino. 30

CAVTIO, pro cautela. Cicero de Oratore lib. II (300): 'neque illa mihi cautio et timiditas in causis propter praestantem prudentiam Crassi neglegenda est'. ‖

FEROCIA, pro ferocitate. M. Tullius de Republica lib. 1
VI (1): 'qui contuderit eius vim et ecfrenatam illam ferociam'.

GELO, pro gelu. Varro Sesqueulixe (467):

Pieridum comesque tenens
† cata gelo putri 5
montium † laxa.

CESTIS, pro cestibus. Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (89): 'dicat pugilis: spectatoris, qui miserum putatis

---

31—33 Caut.—est.

---

23 Soni et sonus *L B^A C^A* ‖ sono *Σ*: sona ‖ 24 fori: *corr. Iun., Ribb.* ‖ 26 nam quid nam: *corr. Ribb.* ‖ facere *C^A* (*cum G*) ‖ 28 utrorumque *Mu. duce Popma* ‖ 29 XXVIII *Mu.* ‖ 30 praetreito (?) *Mu.* ‖ gl. glutinor: (*corr. H*[1]) ‖ 31—33 *cf. 228. 21* ‖ 2 contuperit *L*[1]: comperit *rell.*: *corr. Roth.* ‖ 4 pueri dum: *corr. Scal.* ‖ quae *Scal.* ‖ tenens *scripsi*: tenent ‖ 5 cavata *Scal.*: cana *Bue.*: *fort.* catenata ‖ 6 saxa *Bentin.*: *fort.* latera ‖ 4—6 . . Pieridum comes | quae cavata tenent gelo | saxa putria montium *Mu.*: Piéridúm comés | quaé tenént cána pútrí geló móntiúm | sáxa *Bue.* ‖ 7 Vae victis *Ald.* ‖ 8 ducat C^A ‖ pugili *C^A*: (*pugil index marg. in B^A*) ‖ (-res P) ‖ quin Mu.

vinci, quaero a vobis, si adversarius supercilia mi cestis descobinarit, numquis vestrum sua mihi est daturus?'

FRVCTVIS, pro fructus. Varro Meleagris (295): 'quaero, utrum fructuis an delectationis causa? si fructuis, ut vendatis'. — idem Varro *Ταφῇ Μενίππου* (530): 'aliquot Romae sunt, qui cellas vinarias fructuis causa fecerunt'.

QVAESTI, pro quaestus. Varro Prometheo Libero (436): 'aemulum illius artis atque obstrigilatorem, quae propter aliquot annos quaesti nihil fecerit'.

SENECTAM, pro senectute. Vergilius lib. VI (114):

vires ultra sortemque senectae.

Lucilius lib. XXVIII (51):

próspiciendum ergo ín senectam *iám* nunc adulescéntiaest.

INERMIS, pro inermibus. Sallustius [in] Iugurthae Bello (107, 1): 'neque quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere'. — Sisenna Historiarum lib. III (37): 'plerique inermi in castra perfugiunt'.

GALLIAE, pro Gallicae. Sallustius Hist. lib. IV (40): 'cum interim lumine etiamtum incerto duae Galliae mulieris conventum vitantis ad mestrua solvenda montem ascendunt'. ‖

EFFIGIA, pro effigies. Afranius Vopisco (363):

cuius te súscitat
imágo, cuius effígia, quo gnatú's patre.

---

9 supercilta A^A: supercilita L ‖ cerstis A^A ‖ **10** discopinarit $L\,A^A\,B^A$: discopanarit C^A: *corr. Roeper.* ‖ suam m.: *corr. ed. a. 1476* ‖ **11** Fructibus $L^1\,C^A$ ‖ pro fructis $L^1\,C^A$: pro fructibus $A^A\,B^A$ ‖ **12** utr. fructuus C^A ‖ **12—13** c. si fructuis *Roth.*: c. structuis (fructuis *P*) ‖ **13** Varro *del. Ald.* ‖ **14** quid $L^1\,C^A$ ‖ **16** obtrigilatorem: *corr. Pius* ‖ quae] quem *Havet.*: qua *Roth.* ‖ **21** senecta: *corr. F. Dousa* ‖ iam *add. Mu.* ‖ nunc in ad. *Casaubon.* ‖ **22** in *om.* $L\,C^A$ ‖ **23** nequequam C^A ‖ dicere B^A ‖ *26. 27 Gallae Pius* ‖ **3** cognatus $L\,A^A\,B^A$.

INTEMPERIA, pro intemperantia, apud veterem auctoritatis obscurae (Gell. I, 17, 2): 'has eius intemperias in maritum'. 5

POEMATORVM, pro poematum. Afranius Privigno (271):

poématorum nón bonorum.

Plautus Asinaria (174):

nám nec fictum umquam ést neque pictum néque scriptum in poématis.

CAVTIO, pro cautela. Terentius in Andria (400): 10

puerum autem né resciscat míhi esse ex illa caútio.

ACRITAS. Accius Neoptolemo (467):

vis veritátis atque acritás . . .

LARGITAS, pro largitio. Terentius in Adelphis (985):

quód proluvium? quaé istaec subita est lárgitas? 15

DEXTRABVS, pro dexteris. Livius in Odyssia (40):

deque manibus dextrabus.

CVRATVRA et CVRATIO, pro cura. Terentius in Eunucho (316):

tametsí bona est natúra, reddunt cúratura iúnceas.

Cicero Tusculanarum lib. III (23): 'nam ut medici 20 causa morborum *inventa* curationem esse inventam putant'.

INBERBI, pro inberbes. Lucilius lib. XXX (77):

inberbi androgyni, barbati moechocinaedi.

Varro epistula ad Fabium: 'quod facie Saturorum similes sunt, quod simi sunt idemque inberbi'. 25

---

5 intemperantias: (*corr.* H^2) || **8—9** *cf. 309. 12* || **9** usquam *codd. 309* || ne scr. C^A || **11** cautiost *codd. Ter.* || **13** veritis (*suprascr.* ta) *L*: vertus *Mu.* || veritátis vis atque ácritas *Voss.* || **14—15** *cf. 373. 20* || **16** Livius *Bentin.*: laberius || **19** natura *om.* C^A || **21** verborum: *corr.* H^3: morbi *codd. Cic.* || inventa *om.* || **22** -bis || XXX maximus si argento: *corr. Cuiac.* (*cf. v. 27*) || **24** quod *secl. Mu.* || facis: *corr. Iun.* || saturnorum: *corr. Cuiac.* || **25** sunt *secl. Mu.* || simei s. *Mu.*: maximi sunt L^1 B^A: maxima fiunt A^A C^A || -bis (-bi B^A).

SESCENTVM, pro sescentorum. Lucilius lib. XXX (22): Maximu' si argenti sescentum ac mille reliquit.

idem lib. XXX (20):

1 quid vero est, centum ac ‖ ducentum possideas si milia?

PAVPERIES, pro paupertate. Ennius Hecuba (170): senéx sum: utinam mortem óppetam, priu' quam évenat 5 quod ín pauperie meá senex gravitér gemam!

AEDIS nominativo singularis. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'haec aedis, quae nunc est, multis annis post facta sit. utique omnia regis temporibus delubra parva facta'.

VICTVIS, pro victus. Varro de Vita Populi Romani 10 lib. I: 'primum de re familiari ac partibus; secundo de victuis consuetudine primigenia; tertio de disciplinis priscis necessariis vitae'.

GRADVIS, pro gradus. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'multo praediti pudore et pudicitia adulescentis vixerunt, cum maiore parte eius graduis aetatis stipendia facerent'.

3—8 Paup.—facta.

---

26 pro sesc. *secl.* (?) *Mu.* ‖ **27** argentis s. $LA^{A}B^{A}$ (*cf. ad v. 22*) ‖ ac mille *om.* C^{A} ‖ *post* rel. *lacunam sign. Mu.* ‖ **1** atque d. *Bouterwek.*: aut d. (?) *Mu.* ‖ si B^{A} (= *G*): *om. rell.* ‖ **2** milium: *corr. Mu.* ‖ **3** Pauperie (?) *Mu.* ‖ pro paupertatem A^{A} ‖ **3—5** *cf. 507. 18* (*s. v.* evenat) ‖ **4** u. moriar m. o. *codd. h. l.* ‖ eveniat *codd. h. l.* ‖ **5** pauperiem s. C^{A}: pauperie s. D^{A} ‖ **6** singularis L^{1}: -ri *rell.* ‖ **7** quae *ed. a. 1471* (que *ed. princ.*): quo (quod $E^{1}P$) ‖ **8** factast *Mu.* ‖ utique o. r. *scripsi*: in quae (-que) o. r. $LA^{A}B^{A}C^{A}$: in qua o. r. D^{A}: namque Numae (*vel* namque omnia Numae) r. *Mu.*: quia omnia regiis *Scal.* ‖ **10** ac *Me.*: ab (ad *Paris. 7666*) ‖ **10—11** secunde de C^{A} ‖ **11** prim. *om.* C^{A} ‖ **14** vixerunt *Me.*: dierunt $L^{1}C^{A}$: dixerunt $A^{A}B^{A}$: *fort.* degerunt ‖ maiore patre: maiorem partem *Me.* ‖ gradui: (*corr.* P^{1}) ‖ aetatis *Kettner.* (*seq.* s): etate C^{A}: etade L^{1}: etadte $A^{A}B^{A}$.

PVERILITAS, pro pueritia. Varro Cato vel de liberis educandis (4): 'velim mehercules, inquit, ipse uso magno puerilitatis formulam audire'.

ANVIS, pro anus. Varro Cato vel de liberis educandis (8): 'eam nutricem oportet esse adulescentem. anuis enim ut sanguis deterior, sic lac. lac enim, ut quidam dicunt physici, sanguinis spuma'.

PRAECANTRIX. Varro Cato vel de liberis educandis (15): 'ut faciunt pleraeque, ut adhibeant praecantrices nec medico ostendant'.

RITVIS, pro ritus. Varro Cato vel de liberis educandis (35): 'itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium iurare vult prodire solet in conpluvium'.

PRONIS, positum pro prona. Varro Parmenone (391):

ália trábs prónis ín humum áccidéns próximaé ‖ frángit rámós cadéns.

TENERITAS. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (58): 'in primo enim ortu inest teneritas ac mollitia quaedam'.

2—3 Ten. Cic. in primo—quaedam.

---

15 Pueritas *Mu.* ‖ 16 -lis ‖ uso A^4: usu LB^4: uto (*Lugd.*, *Bamb.*) *vel* ut (*Paris. 7666*) C^4: voto *Mu.* ‖ 17 pueritatis *Mu.* ‖ 20 ut quidem *Gulielm.* ‖ 22 faciant: *corr. Pius* ‖ plerique L^1 ‖ ostendunt: *corr. Grauert.* ‖ 24 Dium *Scal.*: deum ‖ 26—1 *cf. 178. 31* (*s. v.* traps) *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 27*) ‖ 1 alta *Oehler.* ‖ 3 temeritas *codd. Cic.*

IX.

INCIPIT
DE NVMERIS ET CASIBVS.

Accusativus numeri singularis positus pro genetivo plurali. Sisenna Hist. lib. IV (112): 'qui tamen quibus leitibus foedera maiorum suûm dissoluta'. Titinius Veliterna (149):

ómnium vitiûm*ne* expertem, cónsili plenum próhibui?

idem in Gemina (47):

non † exsecratis parasitum nec virum aspellit domo.

Plautus Persa (390):

pol déûm virtute dícam et maiorúm meûm.

Lucretius lib. VI (642):

flammea tempestas Siculûm dominata per agros.

Terentius Hecyra (22):

prope iám remotum [ab] iniúria adversáriûm.

Accius Eurysace (381):

reppríme parumper vím citatûm quádrupedum.

---

om. hoc caput D^A || **6** DE NVMERIS ET CASIBVS C^A (*cum P et indice generali*): DE GENERIBVS ET CASIBVS $L\,A^A$ || **8** pluralis *Mu.* || **9** litibus *ed. princ.*: letibus (lae.) || diss. * * * *Mu.* || **10** ne *addidi* || praehibui *Both.*: perhibui *Bue.* || **12** execratis (*Paris. 7666*) *vel* exsecratis (*Lugd., Bamb.*) C^A: (execrastis *P*) || cúr non exscrattís p. néc vestrum aspellis d.? *Ribb.*: nón pus exscreát p. néc vīrum a. d. *Bue.*: nómen exsecrát p. néc v. a. d. *Hermann.*: *fort.* non éxsecratrix párasitûm nec quaé v. a. d. || **14** virtutem || **16** flammae *codd. Lucr.* || **18** ab *om. codd. Ter.* || abversarium C^A || **20** reprime p.: *parumper reprime vel* reprimes parumper *Mu.*

idem Epinausimache (318):

ab clásse ad urbem téndunt, neque quisquám potest
fulgéntium armûm armátus ardorem óbtui.

Novius Eurysace (108):

mília 25
sex númmûm in arcam démisi nummáriam.

Turpilius Epiclero (54):

ni Cálliphonis núnc te miseret líberûm.

Pacuvius Atalanta (43):

paréntum incertûm invéstigandûm grátia. 30

idem Periboea (295):

regnûm ímperator, aéternûm morúm sator.

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (373):

omni ópstant in mystério invidûm tabes.

idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'Hortensius 35
supra decem milia cadûm heredi reliquit'. — *Lucilius lib. XVIII* (1):

milia ducentum frumenti tolli' medimnûm,
vini mille cadûm.

Sallustius Hist. lib. I (100): 'cuius duas insulas,
propinquas || inter se et decem *milia* stadiûm procul a 1
Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere'. — Afranius Vopisco (360):

---

23 armum *Bentin.*: armorum || animatus *Both.* || **24** Eur. (Eris. *G*) *secl. Munk.* || **26** dimisi || **28** in: (ni *PE*) || misere (-rae): *corr. Iun.* || **32** regum *Gulielm.* || aeternum, humanum *Ribb.*: aeterne, humanum *Both.* || **34** om. obst. in *Popma*: o mi optanti || mysterio *Mu.*: ministero (-rio B^A *ut vid.*) || inviduum: *corr. Ald.* || **35—39** *fort. secludend.* (*cf.* 'Non. Marc.' *p. 87*) || **35—36** *cf. 544. 14* (*s. v.* cadi) || **36—38** heredi retollis (recollis A^A): *suppl. Me.* || *unus versus interciderat in archetypo* || **36—39** *cf. 544. 9* (*s. v.* cadi) || **38** tu centum *Bouterwek.* || **40** I *Gerlach.*: XI $A^A B^A$: *om.* $L^1 C^A$ || cuius] quas Roth. || **1** decem: decem *milia* (X) *Me.* || **2** sitas *Carrio*: satis.

496 M.

antíquitas peténda in principio ést mihi:
5 maióris vestri cúpidioris líberûm
fuére.

M. Tullius de Officiis lib. III (92): 'an emat denario quod sit mille denariûm?'

Accusativus positus pro dativo: "ignoscamus illam
10 rem" pro "illi rei ignoscamus". Plautus Amphitryone (257):

velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suum.

Terentius in Eunucho (680):

au!
ne cónparandus hícquidem ad illum est.

15 Genetivus casus positus pro accusativo. Titinius Psaltria (93):

dicís tu, quaeso? quó te avortistí? mei
fastídis, meae delíciae?

Plautus in Aulularia (245):

ábiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei;
20 pro me fastidit. Lucilius Satyrarum lib. VII (31):

tristes, difficiles sumu', fastidimu' bonorum.

Turpilius Leucadia (103):

víde, nunc fastidít mei.

Lucilius lib. XXVIII (26):

25 cui saépe mille inpósui plagarum ín diem.

idem (inc. 167):

si argenti índiges.

---

4 repetenda *Both.*[2]: spectanda *Mu.* || **5** nostri *Iun.* || incup. (*praec.* i): *corr. Mu.* || **7** IIII B^A || **10—11** *cf. 502. 13* || **10** ignoscant: *del. Me.* || **12—14** *cf. 256. 4* || **13** aut *codd. utrobique* || **14** ad] aut L^1: *secl. Mu.* || **16** dic istuc *Mu.*: dic sis tu *Gulielm.* || quo a te LA^AB^A: quor te *Ribb.* || abortisti || **17** fastidissi LA^A || **19** Fast. (*nov. lemma*) || **20** p. m. f. *del.* (?) *Mu.* || **23** viden *ut f. Fr. Dousa* || **26—27** *post* 498. *12 transp. Quich.*

Plautus Aulularia (379):

deinde égomet mecum cógitare intérvias
occépi. 30

|| cum sit veretur illam rem, sicuti et consuetudo et Terentius in Phormione auctor est dicens (232):

nón simultatém meam
veréri saltim?

veteribus genetivum pro accusativo poni placet. Afranius 35
Compitalibus (31):

. sí non verear, némo vereatúr tui.

idem Simulante (302):

. tui verétur, me ad te mísit oratúm pater.

et in Emancipato (99): 40

optándum uxorem, quaé non vereatúr viri?

Pacuvius Hermiona (182):

Tyndareo fíeri contuméliam,
cuíus a te verétur maxume?

Atta Gratulatione (7): 45

níhilne te populí veretur, quí vociferere ín via?

Varro Sardis Venalibus (449): ||

non té tui saltím pudet, si níhil mei revereátur? 1

Accius Alphesiboea (76):

si tuí veretur té progenitorís, cedo.

Accusativus positus pro ablativo. Titinius Gemina (48):

. . edepol hóminis gnavi fúnctu's officiúm . . 5

---

29 interv.] interdum || 34 revereri *codd. Ter.* || 35 genetivus (-nit-, -vos): *corr. ed. a. 1476* || 37 *fort.* qui si s. n. vereare *Me.* || 38—39 Simulante. tui *Iun.*: simulatui || 39—40 pater. et *Roth.*: peteret *L A^A C^A*: peteret idem *B^A* || 44 a del. Voss. || 5 ign.: *corr. Puteanus.*

Plautus Menaechmis (223):

nám parasitus ócto hominum múnus facile fúngitur.

idem Trinummo (1):

sequere hác me, gnata, ut múnus † fungas tuum.

10 Lucilius Satyrarum lib. I (37):

munu' tamen fungi et muros servare potissint.

idem lib. V (51):

Laeliu' pauperem ait se ingentia munera fungi.

Turpilius Epiclero (68):

15 séd volo ut família nostra offícia fungatúr sua.

idem Paedio (164):

núptias abiéci; amicos útor primorís viros.

Pacuvius Duloreste (129):

nónne officium fúngar vulgi atque aégre malefactúm feram?

20 Accusativus vel nominativus pro ablativo. Turpilius Demetrio (32):

meós parentes cáreo.

M. Tullius de Republica lib. V (4): 'sed tamen ut bono patri familias colendi, aedificàndi, ratiocinandi qui-
25 dam usus opus est'. — Varro Cygno, περὶ ταφῆς (80): 'denique si vestimenta ea opus sunt, quae fers, cur conscindis? si non opus sunt, cur fers?' — idem Prometheo Libero (431): 'id ut scias, audi hoc quod falsum dicis esse, nemini oculos opus esse, si habet'. — Sallustius

---

7 h. unus m. *C. F. Mueller.* (*Rhein. Mus. 54, 391*) || 9 ac || ut m. fungaris t. *codd. Pl.*: m. ut fungas t. *Mu.*: ut m. fungas tu t. *Schoell.* || 11 potissint *Mu.*: possint || 13 laevius *L A*[A] || 15 s. vola *L C*[A]: s. volo (*H P*) *vel* vola (*E*[1]) *A*[A]: s. vola (*G*) *vel* volo (*E*[2]) *B*[A]: sedula (?) *Mu.* || 19 malefatum: (*corr. Bamb.*) || 21—22 *cf. 466. 4* (*s. v.* careo) || 22 eos *codd. 466* || careo *om. C*[A] || 26 ei (et *E*[1] *P*): *corr. Roth.* || 26—27 quae fers—opus *sunt om. C*[A] || 28 esse *om. B*[A] || nem.—esse *om. L*[1].

Hist. lib. II (IV, 67): 'ruinaque pars magna suismet aut proxumorum telis, ceteri vicem pecorum obtruncabantur'. Afranius Vopisco (390): 30

tandem út possimus nóstra fungi múnera.

idem Fratriis (173):

id aurum mé condonat lítteris.

Lucilius lib. XXVI (51):

haéc tu si volés per auris péctus inrigárier. 35

Genetivus positus pro ablativo vel adverbio loci. Plautus Trinummo (1153):

nón ego sum dignús || salutis? 1

Cicero Tusculanarum lib. IV (35): 'aliquod malum metuit; exanimatus pendet animi'. — Plautus Amphitryone (187):

ut sálvi poteremúr domi.

Pomponius Pappo Agricola (101): 5

dómus haec fervit flágiti.

Accius Erigona (49):

locórum late víridia et frugum úbera.

Lucilius Satyrarum lib. VI (6):

hortare, illorum si possim captu' potiri? 10

idem lib. VIII (17):

quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus.

---

29 ma. p. *Mu.* || 30 citeri (cet. B^A) || vicem *Passerat.*: vece $L\,A^A$: vete C^A: vice B^A || obtruncabuntur B^A || 36 adverbium: *corr. Ald.* || 3 examinatus $A^A B^A$ || in amph. C^A || 4 potiremur (*cum codd. Pl.*) || 5—6 *cf. 503. 9* (*s. v.* fervit) || 6 fuerit placiti *codd. h. l.* || 8 locronum: *corr. Both.*: Locrorum *Ald.* || fruguum $L^1 C^A$ || 10 hortarei (?) *Mu.* || captus (*Scal.*) potiri I. Dousa: capisotiri $L^1 C^A$: capi sortiri $A^A B^A$.

idem lib. IX (63):

si nihil ad faciem et solum lupa prostibulumque,
15 nummi opus atque assis.

Pacuvius Periboea (291):

postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi.

Genetivus pro ablativo. M. Tullius de Republica lib. III (35): 'noster autem populus sociis defendendis terra-
20 rum iam omnium potitus est'. — Afranius Excepto (151):

quod vítae studium aut quód praesidium in pósterum
mihi súbponebas, mé cum privastí tui?

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'ut noster exercitus ita sit fugatus, ut Galli Romae Capitoli sint
25 potiti neque inde ante sex menses cesserint'. Significat ad genetivum in potestatem venit Plautus Captivis (*cf.* 762):

ille alter potitus hostis est.

Sallustius in Iugurtae Bello (25, 10): 'ut, priusquam
30 legatos conveniret, Adherbalis potiretur'. — idem in eodem (90, 1): 'ager autem aridus et frugum vacuus'. — M. Tullius de Officiis lib. I (81): 'haec sunt opera magni animi et excellentis et prudentiae consilioque fidentis'. — idem (Off. I, 151): 'omnium autem rerum,

---

14 solum *Lips.*: si olim || **15** numi L^1: numini $B^A C^A$: minimi *ut vid.* A^A || assis *Lips.*: obsit || **17** honoratus || flores A^A || **18** Gen. pro abl. *om. ed. a. 1476* (*etiam cum exemplis pluribus a. 1471*) || **20** potius A^A || **22** privasti *Me.*: privis: privares *Ribb.* || **23** ut *secl. Mu.* || **24** itast *Mu.* || capitolii || R. praeter Cap. *Quich.*: R. nisi Cap. *Popma* || **25** gesserint: *corr. Lips.* || **25—26** significata ad gen. in: *fort.* significat autem (ãt) genetivo in || **26** potestate A^A || **26—28** venit * * * (Ter. Ad. 871) ille alter sine labore patria potitur commoda. Pl. Capt. (92 *vel* 762) potitus hostis est *Mu.* || **28** *vix* hostiu(m)st || maior potitus hostium est *codd. Pl.* || **30** legatus L^1 || **31** fruguum $L^1 C^A$ || **32** hexsunt L^1: hae sunt B^A || **33** et excelsi *codd. Cic.* || et *prudentia codd. Cic.*: et prudentiae quae (que) || consilique (?) *Mu.*

ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agri cultura melius'. — Vergilius Aen. lib. I (215):

inplentur veteris bacchi pinguisque ferinae. 35

M. Tullius in Hortensio (83): 'et qui expectat, pendet animi, quia semper, quid futurum sit, incertum est'. — Varro Eumenidibus (154): 'ego autem, qui essem plenus vini et veneris'. — || Sic "desipiebam 1 mentis", pro "mente desipiebam". Plautus Epidico (138):

. . desipiébam mentis, cum ílla scripta mítterem.

Sic "mille annorum vivunt" pro "mille annis vivunt". Plautus Milite (1079): 5

qui mílle annorum pérpetuo vivúnt ab saeclo ad saéclum.

Dativus pro accusativo. Titinius Barbato (11):

úbi ambitioném virtuti vídeas antecédere.

pro "virtutem antecedere". Plautus Truculento (137): 10

quia tuó vestimento ét cibo aliénis rebus cúras.

Accius Meleagro (446):

cúius exuvias ét coronam huic múneravit vírgini.

M. Tullius de Republica lib. IV (6): 'nec vero mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Graecos creari solet; 15 sed sit censor, qui viros doceat moderari uxoribus'. — Sallustius Catilinae Bello (56, 2): 'brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset'. — Lucilius lib. XXVI (96):

---

34 adquiretur *CA* || **38—1** quiessem (?) *Mu.* || **1** uni L^1CA || **3** dés. mé. c. illas scríptas mittebám tibi *codd. Pl.* || **6** quin *docti ap. Pl.* || Ad (*nov. lemm.*) saeculo pro ad saeculum: ab sacio ad seclum *codd. Pl.* || **8** ubi ubi *Mu.*: ubi iam *Ribb.*: at ubi *Quich.* || ambitione virtutis (-ti *AA*): *corr. Iun.* || **9** (*om.* E^1P) || **12** Accius *Ald.*: abius || **15** reponatur: corr. Iun. || **18** doceam L^1.

si míserantur se ipsí, vide,
† ne illorum causa superiore loco conlocavit. †

Terentius (cf. Ad. 491):

fácite ita ut vobís decet.

idem in Andria (69):

intérea mulier quaédam, abhinc triénnium,
ex Ándro conmigrávit huic vicíniae.

Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'tanta porro invasit cupiditas honorum plerisque, ut vel caelum ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent'.

Accusativus pro genetivo. M. Tullius de Officiis lib. II (29): 'dum homines perditi hastam illam cruentam meminerint et sperabunt'. — Vergilius in Bucolicis (VII, 19):

alternos Musae meminisse volebant.

Plautus Cistellaria (381):

méminere officiúm suum.

et Menaechmis (45):

proptérea illius nómen memini fácilius.

Accius Eurysace (346):

heú me miserum cum haéc recordor, cum íllos reminiscór dies!

1 idem ‖ Epinausimache (328):

eos mortalis, Phoenix, [lib. X] misereor saepe † studitos volo.

et Athamante (190):

véritus sum arbitrós; atque utinam mémet possim oblíscier!

---

20 causam *Guietus* ‖ collocarit *Guietus* ‖ **22** decet] placet ‖ **25** huc *Ter.* ‖ **30** perditi *Cic.*: cruenti (*seq.* h. i. cruentam) ‖ **31** sperabant $L^1 C^A$ ‖ **31—32** *cf. 524. 15* ‖ **38** eu ‖ illo $L B^A$: ille C^A ‖ **2** eo hos *Both.*: hos (?) *Mu.* ‖ foenis (-nus C^A) ‖ miseror $L A^A B^A$ ‖ éos mortalis, Phoénix, miseror; scíre ego istud uós uolo *Havet.* (*Mél. Graux, p. 804*): deorúm mortalis, Phoénix, esse líberos | reminíscor saepe et ístud itidem vós *volo Ribb.: eos* mortâlis, Phoenix, líbero | miséreor saepe *stúdio et adiutós* volo *Mu.* ‖ **4** arbitror: corr. Both. ‖ obliviscier A^A.

et Nyctegresia (488):

án ego Vlixem oblíscar umquam aut quémquam praeponí velim?

Turpilius Paedio (155):

iam désine
meminísse illius fórmam.

M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'atque ipsa mens, quae futura videt, praeterita meminit'. — Varro Devictis, περὶ φιλονικίας (90): 'libet me epigrammatia facere et quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit, ponam'. Sic et "invidit illam rem" pro "illi rei". Accius Melanippo (424):

únde aut quis mortális florem líberûm invidít meûm?

|| "privatur illam rem", pro "illa re" [privatur]. Novius Paedio (69):

. quot res vis húnc privari púlcras, quas utí solet!

Ablativus pro genetivo. Plautus Pseudolo (183):

víno modo cupidae éstis.

Lucilius Satyrarum lib. I (38):

porro quaecumque et quicumque, ut diximus ante,
obstiterit, primo hoc minuendi † refert res.

idem lib. VI (35):

[et] id solum adversae fortunae reque resistit.

Turpilius Paedio (157):

neque mírum: educta ut pár est, expars málitiis . . . .

---

5 et *Mu.*: ent L^1C^A: in A^AB^A: et in *Quich.* || **6** oblicar L^1: obliviscar *rell.* || **11** mensa quae LB^A: mensasque C^A || **12** Vae victis *Ald.* || (me *suprascr. in H*) || epigrammata *ut vid.* A^A (-mata H^1: -ma E^1P) || **14—16** *iamb. senar., Roeper.* || **15** unde haec? quis *Mu.*: quisnam *codd. Cic. Tusc. III, 20* || meum *Cic.*: meam || **17** quod: o quot *Mu.* (*praec.* o): quo tu *Both.* || (hanc *G*) || **18—19** *cf. 394. 35* || **19** cupidae estis *Pl.*: cupide testis LB^AC^A: cupide testis (*H*) *vel* cupitestis (E^1; cupittestis *P*) A^A || **21** queic. *Mu.* || et cuicumque: *correxi* || **22** (promo *G*) || *fort.* comminuendi || re *Mu.* || **24** et *seclusi* (*fuerat in arch.* it solum) || **25—26** *cf. 501. 6* || **26** virum codd. h. l. || *expartem (-per-)* alicuius *codd. h. l.*

Vergilius Georg. lib. II (222):

illa ferax oleo est.

Accusativus pro nominativo. Pomponius Praecone Posteriore (141):

30 quót laetitias ínsperatas módo mihi inrepsere ín sinum!

Nominativus pro dativo. Novius Agricola (3):

"licet téne duo verbís?" — "etiam." — "primo ét postremo: «fíde!»"

Plautus in Aulularia (266):

crédo ego illum iam inaúdivisse míhi esse thensaurúm domi.
35 íd inhiat.

Cicero Tusculanarum lib. I (38): 'multaque saecula postea reviguit Pythagoreorum nomen'. — Varro de
1 Re || Rustica lib. I (18, 5): 'centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia'.

Genetivus pro dativo. Accius Neoptolemo (464):

quid si ex Graécia
5 omnei íllius par némo reperirí potest?

Turpilius Paedio (157):

neque mírum: educta ut pár est, expars málitiis, metuéns sui.

Vergilius Aeneidos lib. I (14):

dives opum studiisque asperrima belli.

10 Plautus in Asinaria (77):

volo amári † obsecutam illíus volo amet mé patrem.

idem Pseudulo (5):

duorúm labori ego hóminum parsissém lubens,
mei té rogandi et tuí respondendí mihi.

---

27 I: (*corr. Paris. 7666*) || **30** quod || **32** licet tene *scripsi*: lecnete (lectene H^1) || uerba *Ribb.* || et p. idem: *correxi post Bue.*: 'et p.', idem (*sc.* Novius) * * * *Mu.* || **37** (postula *G*) || p. sic viguit *codd. Cic.* || **5** omni illius *Me.*: omne ilium || **6—7** *cf. 500. 28* || **11** (amori H^1 *cum codd. Pl.*) || obsecutum *codd. Pl.* || *fort.* volo amari obsequium (*vel* ob obs.) illius, v. a. m. p. || **13** ho*minem* || **14** me interrogandi || tui tis r. *codd. Gell. XX, 6, 9.*

Cicero de Oratore lib. II (198): 'bonorum virorum plenum forum'. — Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'ipsa Italiae oppida sunt vastata, quae prius fuerunt hominum referta'.

Nominativus pro genetivo. Turpilius Epiclero (65):

at enim scíes ea quae fuisti ínscius.

Terentius Phormione (172):

ita plérique ingenió sumus omnes: nóstri nosmet paénitet.

|| Sic et "potior illam rem". Pacuvius Periboea (289):

régnum potior, cóniugem macto ínferis.

Ablativus pro dativo. Lucilius (IV, 8):

quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto.

Vergilius lib. VI (465):

teque aspectu ne subtrahe nostro.

Genetivus pro nominativo. M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'ut, quemadmodum scribit ille, cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent'.

Ablativus pro accusativo. Vergilius lib. V (344):

gratior et pulchro veniens in corpore virtus
adiuvat.

Accusativus pro genetivo. Accius Myrmidonibus (12): ||

mea fácta in acie oblíti.

Sallustius Hist. lib. III (88): 'sed Pompeius a prima adulescentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi, *facta consultaque eius quidem aemulus erat*'. — Vergilius Aen. lib. VIII (156):

et vocem Anchisae magni vultumque recordor.

---

17 vasta *Mu.* || ferunt L^1 || **21** nostri omnes C^A || **25** victu *Gell. IV, 16. 6*: dictu || praepones (pre-) $L\,B^A\,C^A$ || honestos C^A || **30** palleis concilio t. discenderent || **1** fata: (*corr. P*) || **2—4** *cf. 239. 3* (*s. v.* aemulus) || **3** (facta)—**4** om. codd. h. l., uno versu *archetypi praetermisso.*

Accusativus pro dativo. Lucilius lib. XXVI (43): súspendatne sé, an [in] gladium incúmbat, ne caelúm bibat.

Afranius Vopisco (388):

male meréntur de nobís eri,
10 qui nós tanto opere indúlgent in puéritia.

Caecilius Plocio (147):

dúm ego eius mortem inhio.

Plautus Amphitryone (257):

velátis manibus órant, [ut] ignoscámus peccatúm suum.

15 Vergilius Aen. lib. III (203):

tris adeo incertos caeca caligine soles
erramus pelago, totidem sine sidere noctis.

Cicero de Oratore lib. II (75): 'locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas'.

20 Dativus pro ablativo. Sisenna Hist. lib. III (30): 'alii saltu ac velocitate certare'. — Varro de Re Rustica lib. I (31, 5): 'a quo, quod indigent potui, poma dicta esse possunt'. — idem Cato vel de liberis educandis (23): 'non solum qui primus in alterutra re praestet alios, sed etiam qui sit secundus et tertius'.

25 Nominativus pro ablativo. Sisenna Hist. lib. III (42): 'omnia, quae diximus, loca statim potitus'. — idem (135): 'hostis loca superiora potiti'. — Vergilius lib. X (196):

saxumque undis inmane minatur.

---

7 sese *Quich.* || in *om. cod. N. Fabri* || c. vivat *L B^A C^A*: c. videat *A^A*: c. ruat *Lachm.*: c. tuat (?) *Mu.* || 10 nos *Bentin.*: non || 12 inhio *Gell. II, 23*: inibo || 13—14 *cf. 496. 10* || 14 ut *L A^A B^A*: vel *C^A*: *om. codd. 496* || 18 III || 21 ali (alii *A^A*) || (salitu *ut vid. E*[1]: saluti *P*) || saltui ac velocitati *ed. a. 1471*: saltu ac velocitati (?) *Mu.* || 21—22 *cf. 61. 28* || 23 (idem)—24 *post v. 19 transp.* (?) *Mu.* || 24 *fort.* alterutri || sit *om. Quich.* (*seq.* sec) || 26 potius *L*[1].

X.

INCIPIT 30

DE MVTATIS CONIVGATIONIBVS.

FERVIT, pro fervet. Lucilius lib. IX (55): ||
fervit nunc, fervet ad annum. 1

Accius Nyctegresia (482):
classis † aditcladitur fervit.

Titinius Setina (127):
sapiéntia gubernátor navem tórquet, non valéntia; 5
cocu' mágnum aënum, quándo fervit, paúla confutát trua.

Accius Meleagro (450):
heú! cor ira férvit caecum; aménti a rapiór ferorque.

Pomponius Agricola (101):
dómus haec fervit flágiti. 10

Afranius Privigno (269):
hoc pótius, hoc nunc férvit animus, hóc volo.

31—32 DE—pro ferv.; 8 Acc. heu—fervorque; 12 Afr. nunc f. animus.

---

1 fervit aqua et fervet, f. n. f. a. a. *Luc.* || 3 (a)d assis *CA* (d *pro* cl) || aditcladitur *L*: adidcladitur *AACA*: (adit ocladitur *G*): aditu occluditur *Ribb.*: *fort.* occluditur (*cret. metr.*) *vel* aditu vestro || 4—6 *cf. 19. 17* (*s. v.* trua); *87. 11* (*s. v.* confutare); *186. 29* (*s. v.* valentia); *249. 19* (*s. v.* confutare) || 6 aula *codd. h. l.* (*corr. H*²) || conf. trua] confutatavo cecum amentia rapior fervorque *codd. h. l.* (*cf. v. 8*) || 8 fervorque: (*corr. Montepess.*) || 9—10 *cf. 498. 5* (*s. v.* gen. pro abl.) *fort.* secludend. (cf. 'Non. *Marc.' p. 88*) || 9 P. Pappo A. *codd.* 498.

Varro Sexagesi (498):

quód leges iubént, non faciunt. † faciant; δὸς καὶ λαβὲ
15 férvit omnino.

Ab eo quod est fervit breviato accentu FERVERE facit, ut spernit, spernere. Afranius Epistula (127):

ego mísera *risu* clándestino rúmpier;
† torfere mater, ámens ira férvere.

20 Lucilius Satyrarum lib. IX (54):

fervere; ne longum, vero hoc lectoribu' tradam.

Vergilius Aeneidos lib. IV (567):

iam litora fervere flammis.

Lucretius lib. II (43b):

25 fervere cum videas classem lateque vagari.

Naevius Lycurgo (49):

laté longeque Thráces nostros férvere.

Accius Telepho (631):

aere átque ferro férvet † igni insígnibus florere .

30 Varro Desultorio, περὶ τοῦ γράφειν (86):

fervere piratis vastarique omnia circum.

|| FERVAT, pro ferveat. Pomponius Fullone (50):

fácite ut ignis férvat, ligna insípite, far concídite.

16—17 ab—spernere; 21 Lucil. ferv.—tradam; 25 Lucr. ferv.—vag.; 31 Varro ferv.—circ.; 32—33 Ferv.—fervat.

---

14 (faciunt *om. G*) || δὸς καὶ λαβὲ *Scal.*: dos celaue || **15** (animo *P*) || **16** brevi D^A || **17** fit (?) *Mu.* || **17—18** *cf. 382. 26* (*s. v.* rumpere) || **18** misera risu] miso *codd. h. l.* || rumpie *codd. h. l.* || **19** turgere *Bue.*: torpere *Schegk.* || amens ira *Me.*: amenstra (-trua C^A) || **21** ne (*Paris. 7665*) *vel* non (*Montepess., Oxon.*) D^A: nei *Mu.* || v. *om.* D^A: verum *Mu.* || lictoribus (lito. D^A) || **23** fe. lit. *codd. Verg.* || **25** *carent codd. Lucr.* || **27** Thraces *Both.*: trans || **29** aere $A^A C^A$: rere $L B^A$ || férvere (*Bentin.*) et *signís florere* insígnibus *Mu.*: igni *del. Ribb.* || **32—35** *stant post 504. 29: huc transp. Quich.* || **33** instipite: *corr. Scal.*

Accius Achille (2):
ne túm cum fervat péctus iracúndiae. 35

FERVITVR aeque pro fervetur. Afranius Vopisco (394):
quánta vociferátione férvitur! ei miseraé mihi!

LAVIT, pro lavat. Vergilius Georg. lib. III (221):
lavit ater vulnera sanguis.
idem Aeneidos lib. X (727): 40
lavit improba taeter
ora cruor.

Plautus Pseudolo (10):
eas lacrimís lavis.

Lucretius lib. II (376): 45
litoris incurvi bibulam lavit aequor harenam.

Accius Phinidis (578):
salsís cruorem gúttis lacrimarúm lavit.

Varro Cosmotoryne, *περὶ φθορᾶς κόσμου* (226):
adque 50
Aegaeos fluctus quam lavit ante Aquilo,
saevus ubi posuit Neptuni filius urbem.

Sallustius Hist. lib. II (56): 'dubium an insula sit, quod Euri atque † astrici superiactis fluctibus ‖ circum 1
lavitur'.

38—42 Lav.—cruor.

---

35 ne tuum confervat *Mu.* ‖ iracundia *Bentin.* ‖ **36—37** *stant post 505. 28: huc transp. Mu. (vix recte; cf. 'Non. Marc.' p. 98)* ‖ **36** pro fervitur *L A*[A]: pro fervit *B*[A] ‖ **37** quanti: *corr. Bentin.*: quanta hic *Ribb.* ‖ **38—39** *cf. 337. 17; 466. 20* ‖ **39—40** *add. Me.* ‖ **40—42** *cf. 327. 7; 413. 9; 466. 22* ‖ **43—44** *cf. 466. 25* ‖ **44** lacrimas *codd. h. l.* ‖ **46** incurvam bibam (bilam) *C*[A] ‖ pavit *codd. Lucr.* ‖ **51** egeus *L B*[A] *C*[A]: egetis *A*[A]: *corr. Bue.*: Aegeo *Oehler.*: *fort.* Aeges ‖ fluctu *Popma* ‖ qua *Mu.* ‖ alto aq. *Mu.* ‖ **52** sebus ‖ **1** Austri (*Ald.;* Africi *alii*) vi *Quich.* ‖ fluctis C[A] ‖ circumlabitur *L A*[A] *C*[A]: circumlabit B[A].

LAVERE inde tractum est. Naevius Danae (6):

. . auri rúbeo fonte lávere *me* meminí manum.

Ennius Telamone (283):

5 stráta terrae lávere lacrumis véstem squalam et sórdidam.

idem Hecuba (164):

heú me miseram! intérii! pergunt lávere sanguen sánguine.

Lucretius lib. V (950):

lubrica proluvie larga lavere umida saxa.

10 Accius Medea (420):

lávere salsis vúltum lacrumis.

Varro *Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς* (39): 'et hymenaeus qui primo lavere alvum marsupio solet'.

idem *Ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν* (94):

15 pater út cruore láveret ararum ággerem.

Afranius Suspecta (302):

viden lávere lacrimis mé tuum collúm, pater?

‖ LAVERENT etiam inde manavit. Ennius Andromacha (72):

nam ubi íntroducta est púerumque ut laverént locant

20 in clípeo.

Afranius Fratriis (187):

aquam éx aëno hauríre, quî laverént manus.

---

2 Lav.—est; 9 Lucr. lubr.—saxa; 18 Lav.—man.; 22 Afr. aq.—manus.

---

2 (Lav.—est) *post v. 3*: *huc transp. Quich.* ‖ 3 auri *Delrius, Grotius*: animi: enim *Bue.* ‖ iubeo: *corr. Bue.* ‖ me *add. Grotius* ‖ 4—5 *cf. 172. 19* (*s. v.* squalam) ‖ 5 terrae (*E P*) *vel* terra (*H*) A^A: terra *rell. h. l.* ‖ squalidam *codd. h. l.* (squalem P^1) ‖ 6—7 *cf. 224. 10* (*s. v.* sanguis, neutr.); *466. 27* ‖ 7 miserum *codd. h. l.* ‖ sanguen sanguinem $B^A C^A$: sanguinem (*om.* sanguen) $L A^A$ ‖ 13 alv. lav. *Mu.* (*troch.*) ‖ 14—15 *cf. 466. 29* ‖ 15 aggerum A^A ‖ 16—17 *cf. 466. 31* ‖ 17 vident ut *codd. 466*: vident *codd. h. l.* (viden *cod. N. Fabri*): viden tu *Me.* ‖ metum *codd. h. l.* ‖ 18 Lavere: *corr. ed. a. 1471* ‖ 20 clypeo *Ald.*: cypeo (ci.) ‖ 22 aeno *Bue.*: seno (sino D^A).

Plautus Amphitryone (1102):

póstquam peperit, púeros lavere iússit [ut] nos. accédimus.

|| inde imperativo modo lavite facit. Titinius Psaltria (86): 25

manus
lávite, mulierís, et capita vélate . . . . .

|| LAVI etiam positum pro lavari. Pomponius Petitore Herede (53):

íta velim faciás: iam pridem vólo lavatriná lavi.

SONIT, pro sonat. Accius Aeneadis aut Decio (2): 30

clamóre et gemitu témplum resonit caélitum.

idem Phinidis (569):

hac úbi curvo litóre latratu
undá sub undis labúnda sonit.

Ennius Hectoris Lytris (150): 35

aés sonit; frangúntur hastae; térra sudat sánguine. ||

Pacuvius Duloreste (113): 1

hymenaeúm fremunt
aequáles; aura résonit crepitu músico.

|| SONERE inde tractum est. Lucretius lib. III (156):

caligare oculos, sonere auris, succidere artus. 5

Accius Neoptolemo (470):

atque ádeo valvas sónere sensi régias.

---

25 inde—facit.

---

24 lavare *codd. Pl.*: laverent (?) *Mu.* || nos *Pl.*: ut hos *L A^A B^A*: hos *C^A* || occepimus *codd. Pl.* || 25 fecit *A^A*: fit (?) *Mu.* || 27 (mulieres *H*[1]) || capite *L B^A C^A* || 28 Her. Pet. *edd.* || 29 latrinam *L A^A B^A*: latrinem *C^A*: *corr. Mu. post Lachm. comm. Lucr. 393* || *seq. 503. 32—35* || 31 fremitu (?) *Mu.* || 33 ac u. curbo || latrans *Scal.* || 36 aes *N. Faber*: et || 3 aula Scal. || 4—11 *stant post v. 24: huc transp.* Iun. || 4 I.

idem [in] Atreo (223):

sed quíd tonitru turbída torvo
concússa repente aequóra caeli
sensímu' sonere?

|| SONVNT etiam inde manavit. Ennius Andromacha Aechmalotide (69):

nám neque iratí neque blandi quícquam sinceré sonunt.

Pacuvius Iliona (214):

ibo ád eam, ut sciscam quíd velint. — valvaé sonúnt.

EXPEDIBO, pro expediam. Pacuvius Atalanta (65):

nam quód conabar, cum ínterventum est, dícere,
nunc éxpedibo.

Accius Nyctegresia (490):

cuncta éxpedibo: id módo iusiurandúm date.

Pomponius Vernionibus (175):

séd qui utrosque errór vos agitat, éxpedibo . . .

Ennius Eumenidibus (135):

íd ego aecum ac iús fecisse éxpedibo atque éloquar.

NOLITO, pro noli. Lucilius lib. XXX (130):

nolito tibi me maledicere posse putare.

AXIM, egerim. Pacuvius Periboea (298):

ut quae égi, ago vel áxim, verruncént *bene*.

16—20 Exp.—date.

---

8 i. in atr. *A*[A]: in *om. rell.* || 9 torbo (turbo *A*[A]) || 12—15 *stant post v. 30: huc transp. ed. a. 1476* || 12 andromace ethemapotide || 13 quiquam: (*corr. L*[2]) || 14 Pac. *add. Iun.* || 15 velit *ed. princ.* || balue || 17 conabor *D*[A] || 19—20 Accius—modo *om. C*[A] *D*[A] || 20 cuncto: *corr. ed. a. 1471* || 22 sequi *B*[A] || utroque: *corr. Munk.* || 24 accius fecisse: ac ius fuisse *Gulielm.* || ius atque aecum *Vahlen* || *seq. 4—11* || 25—26 *fort. post 28 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 29*) || 27—28 *cf. 185. 23* (*s. v. verruncent*) || 28 aut (*praec.* a) quaegi (*corr. B*[A]) *codd. h. l.* || *everruncen (-m) codd. h. l.* (*om.* bene) || seq. *503. 36—37.*

MANTAT, pro manet. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (87):

in vóltu eodem, in eádem mantat málitia. 30

ARTIVIT, pro artavit. Novius Dotata (16):

ártivit linguam ín palatum; coépit labias súgere.

idem Hetaera (41):

cúm natust, artívit matri intérfeminia fórtiter.

AVDIBO, pro audiam. Ennius Telamone (277): ‖ 35

móre antiquo audíbo, atque auris tíbi contra utendás dabo. 1

idem Pancratiaste (4):

"quo núnc me ducis?" — "úbi molarum strépitum audibis máximum."

Caecilius Nauclero (113):

nunc ábeo: audibis. praéterea, si dícis "filia rédeat". 5

† Progamo

FVLGIT, pro fulget. Lucilius Satyrarum lib. VII (32):

primum fulgit, uti caldum ex fornacibu' ferrum.

Pomponius Macco Sequestre (74):

símile est quasi cum in caélo fulgit própter lunam Lúcifer. 10

Lucretius lib. VI (160):

fulgit item, nubis ignis cum semina multa.

29—30 Mant.—mal.; 31—32 Art.—sug.; 35—1 Aud.—dabo; 7 Fulg. p. fulg.; 10 Pomp. sim.—Lucifer.

---

31 pro artivit L^1 ‖ 32 labia (*seq.* s): *corr. Quich.* ‖ suggere (H^1) *vel* surgere (E^1P) A^A ‖ 34 quom natust *C. F. Mueller.*: conatus ‖ inter femina: *corr. Palmerius* ‖ 1 neque LA^AB^A: atque C^A: atque (*Montepess., Oxon.*) *vel* neque (*Paris. 7665*) D^A ‖ tu ibi—dato *Mu.* ‖ utendos C^AD^A ‖ 3 molarum L^1: -rium A^AB^A: -riam C^A ‖ 5 ab eo *Bue.* ‖ dices *Bue.*: ditis *Ribb.* ‖ 6 idem Pr. * * * *Grauert.* ‖ 8 callum C^A ‖ et furnacium (-tium) *corr. I. Dousa* ‖ 10 similest *Mu.* (i. e. -is est) ‖ quae: co

item (VI, 214):

fulgit item, cum rarescunt quoque nubila caeli.

15 || FVLGERE, correpte, pro fulgere. Lucretius lib. V (1094):

multa videmus enim caelestibus insita flammis
fulgere, cum caeli donavit plaga vapore.

Pacuvius Medo (229):

linguaé bisculis áctu crispo fúlgere.

20 Accius Bacchis (249):

. laétum in Parnaso ínter pinos trípudiantem in círculis
ludo átque taedis fúlgere.

Lucilius Satyrarum lib. XI (1):

conventus pulcher. bracae, saga fulgere, torques
25 magni.

ES, pro esto. Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 48):

coíce te intro ac bóno animo es!

Pomponius Maccis Geminis (70):

. "bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de
pánnibus."

30 AMPLANT, pro amplificant. Pacuvius Teucro (337):

úbi poetae pró sua parte fálsa conficta † canant,
quí causam humilem díctis amplant.

15—17 Fulg.—caeli; 30 Ampl. p. ampl.; 32—35 Pac. qui—coepi.

---

13 item *add. Mu.* || 15 correpta e *Mu.* || 16 vidimus $L A^A B^A$ || inlita *Lachm.* || 17 vapore *Lachm.*: vare $L B^A$: vere $A^A C^A$: vaporis *codd. Lucr.* || 19 bisulcae iactu *N. Faber* || 22 ludere *Scal.* || 23—25 *cf. 227. 31* (*s. v.* torquem, masc.) || 25 datis magni *codd. 227* (*q. v.*) || 27 coicite i. $L^1 B^A$: conicite i. $A^A C^A$: coniice te i. *Ald.*: coicito te i. *Lachm.* || 28—29 *cf. 154. 21* (*s. v.* primiter); *488. 33* (*s. v.* pannibus) || 29 quin bo. *codd. 154* || *erepsti] derepis codd. h. l.* || 31—32 *anap. metr., Grotius* || *31 canunt Mu.*: aggerant *Bue.* || 32 quia B^A.

APERIBO, pro aperiam. Pomponius Vernionibus (173):

aperíbo; non possúm pati:
pórcus est quem amáre coepi, pínguis, non pulchér puer. 35

CVPIRET, pro cuperet. Lucretius lib. I (70):

perfringere ut arta
naturae primus portarum || claustra cupiret. 1

DICEBO, pro dicam. Novius Dapaticis (8):

"prímum quo dicébo."
"recté." "secundum quód dicebo." "eo mélius" . . . .

EDIM, pro edam. Caecilius Asoto (16): 5

níhilne, nihil tibi ésse quod edim?

Novius Bucculo (6):

quód editis, nihil ést; si vultis, quód cacetis, cópia est.

Pomponius Condicionibus (34):

víx nunc quod edim invénio: quidnam fíet siquam dúxero? 10

Plautus Poenulo (537):

ést domi quod edímus: ne nos tám *contemptim* cónteras.

FACITVR, pro fit. Nigidius Commentariis Grammaticis, lib. XIX (10): 'id quod dico, huiusmodi est: uti facit, ποιεῖ, ita facitur, ποιεῖται est'. — Titinius Quinto (95): 15

32—35 Pac. qui—coepi.

---

34 a peribo *Fleckeisen.* || **35** porcus *Scal.*: orcus || **36** pro cupiret A^A || **37** perfringe LB^AC^A (*corr. Bamb.*): profringe A^A: confringere *codd. Lucr.* || **37—1** utar (-ur L^1) naturae LA^AB^A: utarnatura C^A || **2** dep. || **3** quod d. A^AB^A || **4** eo m. est *Mu.* || **5. 6** Edi: *corr. ed. princ.* || **6** nihil nehil t. LA^A: nihilne t. C^A || **7** (buculo *P*): Buccullo *Mu.* || **8** editis *Ald.*: edisti || **10** quodnam C^A || **12** contemptim *om.* || **13** (-ces L^2) || Commentariorum Grammaticorum *Mu.* || **14** uti Roth.: tui || **15** ποιεται *facitur* tinaetaee (-ta esse A^A): corr. Roth.

"stúltitia
† cupidinis petunt cónsilium,
bonûm grátia parvi ut fáciatur."

EVENAT, pro eveniat. Ennius Hecuba (170):

senéx sum: utinam mortem óbpetam, priu' quam évenat
quod ín pauperie meá senex gravitér gemam!

FAXIM, fecerim. Ennius Phoenice (261):

plús miser sum, sí scelestim fáxim; quod dicám fore.

MONERIS, pro monueris. Pacuvius Armorum Iudicio (30):

. . . dic quid fáciam. quod me móneris, effectúm da.

idem Chryse (112):

di mónerint meliora!

NIVIT, pro ninguit. Pacuvius Paulo (4):

sagíttis nivit, plúmbo et saxis grándinat.

OBOEDIBO. Afranius Maritis (206):

meo ut óbsequere amóri, oboedibó tibi.

OPERIBO, pro operiam. Pomponius Praefecto Morum (147):

. . pater adést. negato esse híc me; ego operibó caput. ||

PARIBIT, pro pariet. Pomponius Buccone Auctorato (19):

sí praegnans non és, paribis númquam.

---

24 Mon. p. mon.; 27 Pac. di mon. mel.; 32 Op. p. op.; 33 Pomp. hic—caput.

---

17 cupidius *Both.*: *fort.* cupidi nostrum (*vel* nostri) || 18 bona gr. ut p.: bonum gr. p. ut *codd. Prisc. 801*: bonum gr. p. *codd. Prisc. 789* || 19—21 *cf. 494. 3* (*s. v.* pauperies) || 23 sim *Delrius, Vahlen* || scelestem A^A: -tum *ed. princ., Vahlen, fort. recte* || 25 e. dabo *Iun.* (*iamb.*) || 26—27 *cf. 74. 26* || 28 Nium CA || 29 s. n. AA: s. (*om.* n.) $L\,BA\,CA$: n. s. *Fleckeisen.* || 31 obsequerer: *corr. Ribb.*: obsequare *Neukirch.* || 33 adest *Bentin.*: at est || *'páter adest'* — 'adést? negato' *etc. Mu.*

PERVENIBVNT. Pomponius Pythone Gorgone (159):
ó hominem beátum, quo illae pérvenibunt dítiae!

REDDIBO. Plautus Vidularia (fr. v):
égo servabo, quási sequestri détis; neutri réddibo.

REPERIBITVR, pro reperietur. Pomponius Anulo Posteriore (8):
. . id, credo, métuis, ne invidiaé siet,
cum némo, qui a te récipiat, reperíbitur.

Plautus [in] Epidico (151):
"quíd illa fiet fídicina igitur?" — "áliqua res reperíbitur."

Caecilius Obolo (119):
núnc enimvero est cúm meae morti rémedium reperíbit nemo.

POSSETVR, pro posset. Quadrigarius Annalium lib. I (33):
'cum non possetur decerni, utrius putaretur victoria esse'.

SAPIVI, pro sapui. Novius Virgine Praegnate (94):
quándo ego
plús sapivi, quín' fullonem cónpressi quinquátrubus!

VENIBO, pro veniam. Pomponius Maccis Geminis (65):
. . . . séro est: sexta, sí tibi placét, venibo.

POTERATVR, pro poterat. Caelius Annali lib. I (7):
'cum iure sine periculo bellum geri poteratur'.

|| POTESTVR, pro potest. Pacuvius Chryse (100):
siquá potestur ínvestigarí via.

23—24 Potestur—via.

3—4 Pythone (*Scal.*) Gorgone, o (*Guietus*) *Mu.*: pintone gorgonio || 4 ille: (*corr. Paris. 7666*) || 6 quasi *om.* LA^A || sequestro *Prisc. gr. lat. I, 224. 4* || 8 ne tibi inv. *Both.* || invidia (invia L^1) desit: invidiae siet *vel* invidia inde sit *Both.*: invidia adsiet *Mu.* || 9 a *del. Passerat.* || repperitur C^A || 10 in *om.* A^A || 12 Obolostate *Me.* || 18 quin (qui in A^A): qui *codd. Prisc. I, 500. 1* || 20 si sexta C^A: sexta sib (sic) L^1 || 24 potest. L^1 || -ria via A^A.

25 Quadrigarius Annali lib. III (47): 'adeo memorari vix potestur, ut omnes simul suum quisque negotium adorti essent'.

SOLVERIT, pro solitus sit. Caelius Annali lib. VII (45):
1 'duos et septuaginta lictoris domum deportavisse || fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri'.

VIVEBO. Novius Dapaticis (10):

tíbi, dum vivebó, fidelis éro.

5 DEPLORABVNDVS, pro deplorans. Plautus in Aulularia (317):

homo ád praetorem déplorabundús venit.

COCTVM, pro ad coquendum. Plautus in Aulularia (325):

solet íre coctum.

MACET. Plautus in Aulularia (564):

10 quia ossa ac pellis totust: ita macet.

7—8 Coc.—coctum.

---

26 potest: *corr. Σ, ed. a. 1471* || suum *ed. a. 1476*: sunt || adortei sient *Mu.* || **1** victores *Madv. Adv. II, 667* || facis: *corr. Me.* || **2** solver inferri $L A^{A} C^{A}$ || **3. 4** Vivebo H^{2}: Videbo *rell.* || **4** dum *Ribb.*: cum || **5—10** *secl. Mu.* || **6** v. d.: *corr. Hermolaus Barbarus*: plorabundus devenit *codd. Pl.* || **9** M. pro macilento pl. B^{A} || **10** totus est *codd. Pl.*: tenos || i. cura m. *codd. Pl.*

XI.

INCIPIT

DE INDISCRETIS ADVERBIIS.

HVMANITER. M. Tullius ad Pansam lib. I (1): 'de Antio fecisti humaniter: quem quidem ego semper dilexi meque ab eo diligi sensi'. — idem ad Axium lib. II (4): 'invitus litteras tuas scinderem: ita sunt humaniter scriptae'.

DISERTE et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Divortio (51):

quod vúlt diserte páctum aut dictum.

|| DISERTIM dicere plane, palam Titinio auctore possumus, in Veliterna (150):

"hábui." —

"recté, disertim!"

Plautus in Sticho (241):

fuít disertim; *vérum* id usu pérdidi.

Accius Eurysace (350):

disértim id unum incómmodis defít meis.

Livius (Odyss. 6):

tuque mihi narrato omnia disertim.

13—510. 1 DE—contulit.

14—15 de A. *om.* D^A: de antiocho *codd. Prisc. II, 70. 13*: de Antistio *Quich.* || **15** quem] que in B^A || **16** idem D^A: *om. rell.* || axium L^1: auxium C^A (auxium *Paris. 7666*: auxivit *Lugd.*: auxilium *Bamb.*): attium $A^A B^A$ || **19** quid *Mu.* || factum *Gulielm.* || **20** pl. pa. *secl. Mu.* || Titinnio *Bentin.*: lucio $C^A D^A$: lucilio $L A^A B^A$ || **22—23** há. r. mé d. *Ribb.* || **25** verum om.

INSANITER. Pomponius Auctorato (17):

métuo illum: iocári nescit; lúdit nimium insániter.

SEVERITER pro severe dici auctoritas veterum iubet. Titinius Prilia (67):

sevériter
hodié || sermonem amíca mecum cóntulit.

CONMVNITVS, pro conmuniter. Varro Rerum Divinarum (I, 32): 'etenim ut deos colere debet conmunitus civitas, sic singulae familiae debemus'.

BLANDITER, pro blande. Titinius Gemina (57):

ut cum ea primum blanditer conparemus conloqui.

CELERE, pro celeriter. Pacuvius Paulo (2):

núnc te obtestor célere sancto súbveni censórie!

Ennius Satyrarum lib. I (3):

dúm quidquid des célere.

BENIGNITER, pro benigne. Titinius Gemina (49):

nímium te patrócinari cénseo benígniter.

FESTIVITER, pro festive. Novius Geminis (40):

ó domus paráta pulchrae fámiliae festíviter!

AVARITER, pro avare. Plautus Curculione (126):

hoc víde ut ingurgitat ímpura in se mérum avariter . . . . . .

---

509. 13—1 DE—cont.; 11—15 Ben.—pro avare.

---

31 locari: *corr.* B^A || 32 dicitur L^1 || 1 amica $A^A B^A$ (*cum codd. Prisc. II, 70. 19*): amita $L^1 C^A D^A$ || 2 Conmonitus (Comm.) $L A^A$ || communiter || 3 ut enim d. L^1 || coleret: *corr. Iun.* || 5—6 *cf. 256. 18* (*s. v.* conparare, confirmare et constituere) || 6 ea *codd. 256*: ca C^A: da $L A^A B^A$ || conparamus (comp.) *codd. h. l.*: nos conp. *Ribb.* || 7 Pacuvius *Iun.*: novius: Novius * * * *Pacuvius Mu.* || 8 censorio *Ribb.* || 10 dum] da *vel* dane *Gulielm.* || des, des Σ || 12 sentio Me. || 14 pulchre familia $C^A D^A$.

Quadrigarius Annali lib. XXI (88): 'crudeliter ille, nos misericorditer; avariter ille, nos largimur'. — Cato de Praeda Militum Dividenda (70, 3): 'fraudulenter atque avariter'.

AMICITER, pro amice. Plautus in Persa (255):

quiá meo amico amíciter hanc cómmoditátis copiam danúnt.

Pacuvius Duloreste (131):

nunc ne íllum expectes, quándo amico amíciter fecísti.

PROBITER. Varro Octogesi (342):

póstquam ávida libídó rapere ác caédere coépít séque ópifició nón probitér clépere.

MVNDITER, pro munde. Plautus in Poenulo (235):

nam cúm séduló múnditér nós habémús, ut aegre amatorculos invenimus!

SAEVITER, pro saeve. Plautus in Poenulo (335): ‖

aha, tam saéviter!

idem in Trinummo (1060):

a, nímium, Stasime, saéviter!

Accius Astyanacte (174):

ferúm feroci cóntundendum inpériost, saevum saéviter.

18—20 Cato de—pro amice; 24—25 Pac. amiciter fec.; 32 Saev. p. saeve.

---

18 largiter *Bentin.* ‖ 21 quia] quam (*seq.* m) ‖ 24 ne hilum *Scriver.* ‖ quam C^A ‖ 26 Prohibiter $L A^A$ ‖ 27 ac caedere *Mu.*: a concedere A^A: ac concedere $L B^A C^A$: ac comedere *Roeper.* ‖ 28 *cf. 20. 17* (*s. v.* clepere) ‖ opifice *codd. h. l.* ‖ fepere *codd. h. l.* (sapere H^2) ‖ 31 vix aegreque am. *codd. Pl.* ‖ 1 ala *vel* aca L^1: ana A^A (H^1 *n. l.*) ‖ 3 ha (aha) nimium *codd. Pl.*: animum ‖ 5 imperiost *Voss.*: inperisit (imp.) ‖ a [illegible] *lemma.*

Ennius Phoenice (266):

saéviter suspícionem férre falsam fúttilum est.

Afranius Simulante (301):

saéviter ferre haéc te simula et gnátam ab illo abdúcere.

10 Ennius Hectoris Lytris (145):

saéviter fortúnam ferro cérnunt de victória.

MAESTITER, pro maeste. Plautus in Rudente (264):

sed únde vós
íre cúm úvidá véste dícam, óbsecró,
15 tam maéstiter [veste] vestítas?

PROPRITIM, pro proprie. Lucretius lib. II (975):

quid? genus humanum propritim de quibus auctumst?

AMPLITER. Lucilius lib. XIII (6):

nam sumptibu' magnis.
20 extructam ampliter atque *apte* cum accumbimu' mensam.

Pomponius Herede Petitore (54):

heús aptate, púeri, munde atque ámpliter convívium.

Plautus in Sticho (692):

sát est servo hominí modeste fácere sumptum quam ámpliter.

25 Accius Diomede (282):

benígne et pro beneficio largi atque ámpliter.

---

7 Enn. saev.—futt. est: 16—17 Propr.—actus.

---

7 futtulum *Pa* 9 simula et [illegible] | 11 fortuna: *corr. Ribb.* ferri *Iun.* 13—14 res ire *codd. Pl.*: vereire | 14 vivida *Ca* 15 veste *om. codd. Pl.* | vestitus | 16—17 *fort post v. 26 collocand. (cf. Non. Marc. p. 8[illegible])* | 16 pro *om. Aa* | 17 actus: factumst *Lambin.* | 20 ampliter *Ca* | apte *add. Mu.* | ac decumanam acc. *Lachm. comm. Lucr. p. 3[illegible]* | mensa: *corr. ed. a. 1476* | 21—22 *cf. 334. 35 s. v. aptum* | 24 sat est] sa *Ca*: satius *Guarnus* | servi | me. medius *th. codd. Pl.* | 25—26 *cf. 476. 31 s. v. largi.*

ALIQVANTISPER [TANTISPER]. Quadrigarius Annali lib. VI (60): 'aliquantisper pugnato nihil promovet Poenus'.

Caecilius Fallacia (44):

nam si illi, postquam rém paternam amíserant, 30
egéstate aliquantísper iactatí forent.

Caecilius † Fallacia (51):

"velim paulísper te opperíri." —
"quantísper?" — "non plus tríduum."

Pomponius Dotata (43): 35
"possum éxorare te út recedas á me paulispér modo?" —
"quantísper sat habes." ||

DVRITER, pro dure. Terentius in Andria (74): 1
primo haéc pudice vítam, parce ac dúriter
agébat.

Novius Zona (99):

dúriter me habére, 5
vigilásse.

Afranius Privigno (251):

viváx vetus quam dúriter nunc cónsulo tergó meo!

Ennius Phoenice (265):

quám tibi ex ore orátionem dúriter dictís dedit! 10

Caecilius Fallacia (42):

"nam quam dúriter
vos éducavit átque asperiter!" — "nón negat."

27—28 Aliq.—Poenus; 33—34 Caec. vel in—trid.; 1—3 Duriter—ag.; 12—13 Caec. numquam—educavit.

---

27 tantisper A^A: *om. rell.* || Al., Tant., Paulisper, Quantisper *Mu.*: *fort.* Al. ut tant. || 28 pugno $C^A D^A$ || 30 -runt *Ribb.* || 31 iactatio L^1 || forent * * * *Quich.* || 33 operiri || 2 primum *codd. Ter.* || 8 vibex (?) *Bue.*: bibax *Iun.* || consulto: -lo *Me.*: -lis *Iun.*: -lit *Ribb.* || 12 numquam D^A || 12—13 quin—educarit *Both.* || 13 (educavi $E^1 P$) || asperiter *Both.*: aspere: *aspereque Scal.* || atque aspere vos ed. Grauert.

CAVTIM, pro caute. Accius Alphesiboea (77):

sed tibi caútim est adeundum ád virum.

idem Philocteta (541):

contra ést eundum caútim et captandúm mihi.

STRICTIM. Cicero de Oratore lib. I (162): 'quasi per transennam praetereuntes strictim aspeximus'. — Sallustius (Cat. 4, 2): 'strictim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere'.

FIRMITER, pro firmes. Lucilius Satyrarum lib. X (2):

fluctibus a ventisque adversis firmiter essent.

idem lib. XII (3):

firmiter hoc pariterque tuo sit pectore fixum.

Afranius Augure (12):

hoc haéret, at haud clamór oritur, sed spíritum firmiter ínstat.

M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt'.

FIDELE, pro fideliter. Plautus Captivis (439):

fác *fidelis sís* fidele, cáve fidem fluxám feras.

AEQVITER, pro aeque. Pacuvius Atalanta (73):

cóncertare ac díssentire pártim da rursum aéquiter.

Accius Antenoridis (119):

ad populum intéllego referúndum, quoniam horum aéquiter senténtiae fuére.

18—21 Str.—Firmiter; 24 Lucil. firm.—fixum.

18—19 *cf. 180. 17* || 20 perscriberem || 22 a venentisque *L B*[A] || aversis: *corr. ed. a. 1476* || 24 probiterque *Gulielm.* || 26 ut aut (haud *Lugd., Bamb.*): *corr. Ribb.*: utut *Neukirch.* || clamos *Mu.* || sei *Mu.* || spiritus *Neukirch.* || inflat *Ribb.*: insit *Mu.* || 30 fid. sis *codd. Pl.*: *om.* || fideli *codd. Pl.* || geras *codd. Pl.* || 32 concentare *Ribb.* || ac disceptare *Mu.* || partem: partim *ed. a. 1471:* partes *Mu.*: parti ac *Ribb.* || cursum: *corr. Both.* || *aequiter om. C*[A] || 35 referunt dum *A*[A] || q. h.] quorum *C*[A].

Livius Aegistho (2):

nam ut Pérgama
accénsa et praeda pér participes aéquiter
partíta est. ‖ 40

PVBLICITVS, pro publice. Lucilius Satyrarum lib. XII (4): 1
huic homini quaestore aliquo esse opus atque chorago,
publicitus qui mi atque e fisco praebeat aurum.

idem lib. XVI (1):
publicitus vendit tamen atque extrema ligurris. 5

Plautus Amphitryone (161):
hospitio publicitus accipiar.

Caecilius Plocio (185):
ibo domum: ad plebem pergitur; publicitus defendundum est.

Pomponius Campanis (27): 10
dántor Dossenno et fullonibus públicitus cibária.

PROTERVITER. Ennius Pancratiaste (2):
quis ést qui nostris fóribus tam protérviter?

IGNAVITER, pro ignave. Lucilius Satyrarum lib. XVI (2):
cur tam ignaviter, hoc praesertim tempore, quaeris? 15

MVTVITER, pro mutuo. Varro Octogesi, [lib. I] *περὶ νομισμάτων* (346):
vívе meque amá mutuiter!

---

1 Publ. pro publice; 5 Lucil. publ. vendit; 7—9 Plaut. hosp.—def. est; 14—15 Ign.—quaeris.

---

38 pergam (*seq.* a): *corr. Iun.* ‖ 39 praedam: *corr. Iun.* ‖ 1 XV C^A ‖ 2 hemini L^1 ‖ corago ‖ 3 pisco: *corr. Gulielm.* ‖ 5 vendis *Bentin.* ‖ 7 accipiat ‖ 9 *anap. an iamb.?* ‖ d. i. *Grauert.*: ibi demum *Both.* ‖ peragetur *Ribb.* (?): peragitur (*vel* peragitor) *Mu.*: pergitor *Spengel.* ‖ 11 datordosenno: *corr. Guietus, Ribb.* ‖ fulloni *Mu.* ‖ publiciter: *corr. ed. a. 1471* ‖ 12. 13 (Propt- *PE*) ‖ 13 qui est qui B^A ‖ 15 quaeris] curas *Mu.* ‖ 16 II A^A ‖ lib. I *om. ed. princ.*

PERSPICACE, pro perspicaciter. Afranius Divortio (59):
quam pérspicace, quám benigne, quám cito!

20 ASPRITER. Sueius Pullis (fr. II):
úbi tu nequaquám cubares áspriter.

CELERANTER, pro celeriter. Accius Antenoridis (123):
séd quis hic est qui mátutinum cúrsum huc celerantér rapit?

DAPSILE. Pomponius Rustico (161):
25 "quid núnc vis fieri?" — "vérrem sume dápsile ac dilúcide."

EXQVISITIM. Varro Aiace Stramenticio (18): 'acre aeger medicos exquisitim convocabas, ut convalesceres'.

HILARE. M. Tullius de Oratore (III, 30): 'quis umquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristis
30 remisse, severas hilare?' — Afranius Privigno (243):

1 et ‖ própter patruelém tuam
constítuit, hilare anhélans, deiectá coma.

FESTINATIM, pro festinanter. Pomponius Asinaria (13):
exsílui de nocte ád molam fullónis festinátim.

5 Sisenna Hist. lib. IV (65): 'praetor festinatim de castellis ad castra maxima peditis conducit'.

PVGNITVS, pro pugnis. Caecilius Fallacia (49):
. nisi quidem quí se malit púgnitus pessúm dari.

22—23 Cel.—rap.; 3 Fest. pro fest.; 5—6 Sis. fest.—cond.

18—19 *cf. 515. 35* ‖ 20. 21 Aspiter: *corr. Mu.*: Asperiter *Ald.* ‖ 20 Sueius *Mu.*: ueius ‖ pulis: *corr. Ald.* ‖ 21 nequamquam *L A^A* ‖ 23 c. hunc *C^A D^A* ‖ 25 sumen *Bue.* ‖ del. *L^1 C^A* ‖ 26 -titio *A^A*: -tio *C^A* ‖ hac re *Turneb.* ‖ 27 convocabat *Turneb.* ‖ convalesceret: *corr. Popma* ‖ 28—30 (rem.) *cf. 383. 17* ‖ 30 seberas *A^A*: seheras *L B^A C^A* ‖ 2 delecta: *corr. Ald.*: disiecta *Both.* ‖ 3 Asina *Ritsch. Parerg. 142, Mu.* ‖ 4 fullone: *corr. Laurenberg.* ‖ 5 praeter f.: *corr. Bentin.*: praef. *Roth.* ‖ 6 maxima * * * (?) *Mu.* ‖ pedites *D^A* ‖ 7 pro pugnus *A^A*: *secl. Mu.* ‖ 8 *n. quis est* qui *Madv. Adv.* II, 667 ‖ sese *Guietus*, *Both.*

IGNAVITER. Quadrigarius Annali lib. II (37): 'et qui ibi erant non ignaviter potando eum diem pro meliore habuerunt'.

FVTTILE, futtiliter. Ennius Phoenice (267):

. . . . út quod factum est fúttile, amici, vós feratis
fórtiter.

HVMANITVS. Turpilius Paedio (165):

quare ésse dicat quísquam illum hominem aut quídquam
facere humánitus?

Cassius Hemina Hist. lib. IV (35): 'qua fini *omnis res* atque omnis artis humanitus aguntur'. — Afranius Repudiato (289):

quanto fácilius
égo, qui ex aequo vénio, adducor férre humana humánitus!

INIMICITER. Accius Didascalicorum lib. I (3):

plácáre ferócem hóstem inimícitérque accénsúm.

MEMORE, pro memoriter. Pomponius Philosophia (109): "érgo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi, índica, quí illud aurum abstúlerit." — "non didici háriolari grátiis."

INMORTALITVS. Turpilius Hetaera (88):

satine út meum cor voluptátibu' dat?
inmórtálitús se óbtulít mi haéc facúltás.

LARGITVS, pro large. Afranius Materteris (212):

. quî istuc est? quid flés? quid lacrimas lárgitus?
prolóquere.

---

10 putando: (*corr. Lugd.*) || 12 animi *Ribb.*: animis *Mu.*: a me *Bue.* || fueratis: *corr. ed. princ.* || 14 Humaniter: *corr. ed. princ.* || 15 dicas L^1 || 16—17 *cf. 205. 15* (*s. v.* finis, fem.) || quare f. omnis artis atque (*om.* o. r.) *codd. h. l.* || 17 humanitas *codd. 205*: -ter *h. l.* || *fort.* utique hum. || 18 fallacius (-tius) C^A || 19 equo || fere || humanitas A^A || 21 placere *L* || host. fer.: *corr. Lachm.* || 23 nidos sed ne: *corr. Me.* || meminit *codd. Prisc. II, 77. 11* || 24 gratis || 26 ut se m. Grouert " [illegible] i. C^A || lacrimas *om.* C^A || largitu L^1: largitum C^1

IRACVNDITER. Caecilius Subditivo (78):

quaesó || ne temere hanc rém agas, [et] ne iracúnditer.

MINVTIM, pro minute. Lucilius lib. V (39):

dic, quaenam cogat vis ire minutim
per commissuras rimarum, nocti' nigrore.

PARCITER, pro parce. Pomponius Verre Salvo (179):

nolo párciter.
támquam frater míhi sis, medium abdómen tecum dívidam.

SVPERBITER. Afranius Purgamento (285):

illa superbiter imperat.

Naevius Belli Poenici lib. VI (46):

superbiter contemtim conterít legiones.

LONGINQVE et LONGITER, pro longe. Ennius Andromacha Aechmalo. (63):

annos múltos longinque á domo
bellúm gerentes súmmum summa indústria.

Lucretius lib. III (676):

non, ut opinor, id a leto iam longiter errat.

PERPLEXIM, pro perplexe. Plautus in Sticho (76):

útrum ego perplexím lacessam orátione ad húnc modum

31—1 Irac.—irac.; 8—9 Sup.—sup. imperat.

---

1 et *om. ed. princ.* || 3 quaenam *Mu.*: quam || vis] tus C^A || 4 nigrere C^A || 5—6 Verre Salvo; nolo *Ribb.*: verresalbeolo (-ere-, -lve-): Verre; salve! te volo *Mu.* || 7 abdomeri (*Lugd. Bamb.*) *vel* -mei (*Paris. 7666*) C^A || 8—9 Afr. Privigno; amanti *Lipsius* || 9 imp. sup. *Quich.* || 10—11 *cf. 516. 1* (*s. v.* contemtim) || 11 contentim $L A^A$ (*non P*) B^A || 12—15 *cf. 402. 3* (*s. v.* summum, gloriosum, laudabile) || 12 Accius *codd. h. l.*: Accius * * * Ennius *Mu.* || 12—13 andromache eimalo (-la C^A) (*cf. 'Non. Marc.' p. 116*) || 17 lecto B^A || longius errat *codd. Lucr.: longiter rati* || 19 orationem (-ne *P*).

Hemina Historiarum lib. I (10): 'prudens perplexim, σκοτεινῶς scribit'.

SANITER. Afranius Megalensibus (219):

adesto! adséntio
te nón amare mé cordate ac saniter.

RARENTER. Caecilius Pausimacho (135):

edepól voluntas hómini rarentér venit.

Novius Exodio (24):

múltum ames, paulúm des, crebro vénias, rarentér . .

Ennius Andromacha (66):

séd quasi aut ferrum aút lapis
durát, rarenter gémitum conatúr † trabem.

Pomponius Ergastylo (45):

lónge ab urbe vílicari, quó erus rarentér venit.

Livius Tereo (24):

rárenter veníto.

PERSPICACE. Afranius Divortio (59):

quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
quam blánde! quam matérno visast péctore!

24—25 Rar.—venit.

---

20 scottino (-nos *P*) (*seq.* s): *del. Passerat. ap. Me.*[1] || 22 *fort.* 'at esto' (*Neukirch.*) 'at sentio.' || a! sentio *Mu.* || 23 cordate *Ribb.*: adorate *L A^A C^A*: adorare *B^A* || 25 volumtas *L*[1]: voluptas *Palmerius* || 27 r. feras *Bue.*: r. petas *Mu.* || 29 aut *prius om. B^A C^A* || 30 conatur gravem *vel* conatu trahens *Fruter.*: conatur trahens *Vahlen* || 31—32 *cf. 164.23; 186.2* (*s. v.* vilicari) || 31 Pomp. *om. codd. h. l.* || 32 aequo (eq.) *codd. h. l.* || rus *A^A*(?) *C^A* || 34 vento *L*[1]: venio *B^A*: venito *A^A*: venio (*Lugd. Bamb.*) *vel* venit (*Paris. 7666*) *C^A* || 35—36 cf. 513.18 || 35 visast *C^A*: vias *A^A B^A*: vius *L*[1] (*praec.* no): visast *vel* visa'a *B^A*

CONTEMTIM, contemnenter. Naevius Belli ‖ Poenici lib. VI (46):

superbiter contemtim conterit legiones.

TEMERITER. Accius Amphitryone (96):

hócin re est, quo tú tam temeritér meam benevoléntiam ínterisse es rátus?

RESTRICTIM, pro restricte. Afranius Thaide (332):

éaque ferme sé dedere mélius consultóribus,
quám restrictim cógitata atque ómnibus ratiónibus.

PRAECLARITER. Quadrigarius Annali lib. III (48): 'et ita rebus praeclariter gestis Romam reverterunt'.

TORVITER. Pomponius Auctorato (18):

occídit taurum tórviter; me amóre sauciávit.

Ennius lib. I (Ann. 258):

ast hic, quem nunc tu tam torviter increpuisti.

PVRITER. Pomponius Aruspice vel Pexore Rustico (10):

"búcco,
puríter fac uti tractés." — "lavi iam dúdum manus . . ."

Novius Virgine Praegnate (96):

séquere me.
púriter voló facias igni átque aqua volo hunc áccipi.

4—5 Tem. hocin—rat.; 19—20 Puriter. Nov. seq.—facias.

1—2 *cf. 515. 10* (*s. v.* superbiter) ‖ **4** hoccine est *Delrius* ‖ (quod *H*): quor (?) *Mu.* ‖ tam tem. tu *Ribb.* ‖ **5** esse r. A^A ‖ **6** Restrictum: (*corr. Lugd. Bamb.*) ‖ **7** firme $B^A C^A$ ‖ se d. *Bue.*: sedere: cedere *v. d. ap. Quich.* ‖ **8** utque (-ae) $L A^A B^A$ ‖ **11. 12. 14** Torbiter ‖ **12** me amores amavit: *corr. Lipsius* ‖ **13** lib. I *Scal.*: lupi ‖ **14** ic ‖ **15** pectore: *corr. Ribb.*: Petitore *Roth.* ‖ **17** furiter $L^1 A^A C^A$ ‖ lauuandunum C^A ‖ **20** f. puro i. *Ribb.* ‖ accipere Verecunditer $L A^A B^A$: accipere (*Paris. 7666*) *vel accipiter* (*Lugd. Bamb.*) Ver. C^A: accipi Rev. *C. F. Mueller. prosod. Pl. 610:* accipier Rev. *Ribb.* ‖ accipere hanc volo *Munk.*

REVERECVNDITER. Pomponius Macco Virgine (75):

praéteriens vidít Dossennum in lúdo reverecúnditer
nón docentem cóndiscipulum, vérum scalpentém natis.

CERTATIM. Vergilius Aen. lib. III (290):

certatim socii feriunt mare et aequora verrunt. 25

Sisenna Hist. lib. III (28): 'atque armis de vita certatim dimicare nitebatur'.

ABVNDE. Sisenna Hist. lib. IV (101): 'profuse atque abunde semper usi magnum pondus auri argentique'. ||

MISERITER, [pro] misere. Laberius (149): 1

maéreo: mens íncorrupta míseriter corrúmpitur.

PROPERITER. Serenus (16):

animúla miserúla properíter abiít.

24—25 Cert.—verr.; 28—13 Ab.—mulier.

---

22 vidit *Both.* || dos sensum C^A: duos sensum $L A^A B^A$: *corr. Both.* || 23 cor discipulum (*gen.*) (?) *Mu.* || 27 (nitebantur *Bamb.*[1]) || 28 perfuse (-ae): *corr. Lips.* || 29 semper *om.* D^A || 1 pro *om.* $L^1 C^A D^A$ || 2 mareo $L^1 C^A$: marceo *Mu.*: Marco (*tit. fab.*) *ed. princ.* || 3 Catullus: *Sereno dat Diomedes p. 513. 10* Catullus (LXIII, 49) patriam allocuta maestast ita voce miseriter. Prop. Ser. *Mu., fort. recte* || 4 abit.

5

XII.

INCIPIT
DE DOCTORVM INDAGINE.

Omnes artem secuti negant adverbiis praepositionem addi oportere; sed auctoritas veterum praeponi iubet.

10 DESVBITO. Titinius Prilia (80):

séd te amabo: quíd desubito tám repente ad mé venisti?

Ennius Pancratiaste (3):

cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

Afranius Emancipato (100):

15 quám beatae scénicae
míhi videntur múlieres, quae iúrgio et benivoléntia
térrent desubitó viros!

Caecilius Asoto (9):

nam ego duábus vigiliís transactis dúco desubitó domum.

20 Quadrigarius Annali lib. II (38): 'his desubito utrisque nuntiatur ipsorum copias adesse'. — Novius Tripertita (89):

postquam se vidit heredem, desubito divortium
fecerunt.

---

516. 28—13 Ab.—mul.; 19—21 Caec. nam—adesse.

---

6 INC. *om.* D^A || 11 sede am. $L\,A^A\,B^A\,C^A$: *om.* D^A: *corr. Ribb.*: sed am. *ed. princ.*: ede, am. *Mu.* || 15 o quám *Ribb.* (*iamb. octon.*) || scentce $L\,C^A$ || 16 vid. mihi: *corr. Brugman. p. 19* || 16—17 quae iúr. torquént v. desúb. et ben. *Mu.* || 19 ducor *v. d. in ed. Bas.* || 20 hic *Mu.* || 22 h. sese v. *Munk.*: se v. esse *h. Ribb.*: *sese* v. herem *Mu.*

Lucretius lib. II (265):

vim cupidam tam desubito quam mens avet ipsa. 25

Accius Eurysace (366):

tót tropaea tránsdes? summam glóriam evortí sines
tám desubito?

Pomponius Pappo Agricola (102):

vólo scire ex te: cúr urbanas rés desubito déseris? 30

idem Pistore (124):

flét, fit desubito hílarus; tristis sáltat; ridens ríngitur.

Lucilius Satyrarum lib. X (8):

quamvis desubito trinis deducere scalis.

M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'in his ut 35
meministis, concursu levissimae multitudinis ex aere congesto funus || desubito esset ornatum'. — Naevius 1
Danae (7):

desúbito famam tóllunt, siquam sólam videre ín via.

DEREPENTE. Turpilius Boethuntibus (3):

eúm dérepénté
uxórem aúdió dúcere. 5

Ennius Phoenice (268):

íbi tum derepénte ex alto in áltum despexít mare.

Afranius Incendio (198):

non úsquequaque idóneum inveniás locum,
ubi dérepente, cúm velis, faciás lutum. 10

---

25 Lucr. vim—ipsa; 29—30 Pomp.—deseris; 34 Lucil. quam.—scal.; 3—10 Der.—lutum.

---

25 abet (habet) || **27** transde (*seq.* s) L^1 || evortis (*seq.* s): *corr. Bentin., mrg. Iun.* || **32** flet *add. Bue.* || **35** V C^A || in his] nisi *Quich.* || **36** ex *Mu.*: et || **36—1** congestu: *corr. ed. a. 1476* || **1—2** *cf. 306. 6* (*s. v.* fama, infamia) || **5** du. ux. au. *Both.* (*iamb. senar.*) || **7** in salsum *Mu.* || **9** iocum $LA^A DA$: locum $B^A C^A$ *ut vid.* (locum *Bamb.*, locus Paris. 7666, iocum *Lugd.*) || **10** lucrum *Lipsius.*

idem in Omine (223):

atque ílle derepénte in iumentum éxilit.

item (com. pall. inc. 22):

conténdit oculos: dérepente abiít † colo.

15 Accius Astyanacte (183):

híc per matutínum lumen tárdo prorepéns gradu
dérepente aspício ex nemore pávidum et properantem égredi.

Novius Macco (44):

scálpis dentes, dérepente in scéna si peccáveris.

20 Terentius Hecyra (518):

íta corripuit dérepente tácitus sese ad fíliam.

Pomponius Praecone Posteriore (132):

vís facere ut novérca vetulum dérepente déserat?

Ennius Hectoris Lytris (146):

25 écce autem calígo oborta est; ómnem prospectum ábstulit:
dérepente cóntulit sese ín pedes.

Varro Sesqueulixe (466):

. in Théspiadúm choro
dérepénte.

30 PICVMNVS et avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur. Aemilius Macer in Theogoniae lib. I (1):

et nunc agrestis inter picumnus habetur.

21—23 Ter. ita—des.; 30—31 Pic.—voc.; 33 Aem. Mac. et—habetur.

---

13 item *om.* (*praec.* it): *add.* (?) *Mu.* || **14** habit (abit) || celox *Lipsius*: loco *Maehly.*: colos *Roth.* || **16** hinc (?) *Mu.* || prorepens *Both.*: properantem (*cf. v. 17*): procedens *Usener.* || **19** scalpes *Both.* || cena *ed. a. 1471*: schemam *Palmerius* || **21** se (sed H^1 *Montepess.*) || **23** novella (?) *Mu.* || **25** aborta $L\,A^A\,B^A$ || **26** in pede C^A: *fort.* inpete || derepente * * * derepente c. s. i. *p. Mu. (sed cf. Vahlen ad loc.)* || **28—29** *vel troch.* || **28** choro *Roth.*: *oro* || *31 et om. L* C^A || **32** in Th.] Ornithogoniae *Quich.*, *post Bentin.*

Hyginus: 'est parra Vestae, picus Martis'. — Fabius Pictor Rerum Gestarum lib. I (3): 'et simul videbant 35
picum Martium'. — idem Iuris Pontificii lib. III (6): 'Pilumno et Picumno'. — Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'P. Aelius Paetus cum esset praetor urbanus et sedens in sella curuli ius diceret populo, picus Martius advolavit atque in capite eius adsedit'. ‖ 40

Veterum memorabilis scientia PAVCORVM numerum pro 1
bonis ponebat; MVLTOS contra malos appellabant.

Terentius in Eunucho (1):

si quísquam est, qui placére se studeát bonis
quam plúrimis.

Accius Tereo (647): 5

video égo te, mulier, móre multarum útier,
ut vím contendas túam ad maiestatém viri.

idem Epinausimache (314):

probís probatus pótius quam multís forem!

Lucilius Satyrarum lib. XIV (6): 10

non paucis malle ac sapientibus esse probatum
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν! (Hom. Od. XI, 491.)

idem lib. XIII (15):

. . unu' modo de multis qui ingeniosust.

35—36 Fab. Pict. et—Mart.; 37—40 Varro—adsedit.

---

35 Rer. Romanarum *Mu.* ‖ 36 Iuris Pontificii *Bentin.*: lib. I (*cf. v. 35*) uris pontifex ‖ IIII *CA* ‖ 37 Picumno *Bentin.*: picum ‖ 38 P. Aelius *Ursin.*: pelius: Aelius *Me.* ‖ 1—2 pre (-ae) b. *CA BA*: praeponis *L*[1] ‖ 3 se *om. BA* ‖ 5—7 *cf. 259. 7* (*s. v.* contendere, conparare) ‖ 6 (morem *Paris. 7666*) ‖ 9 probatum: *corr. Lipsius* ‖ fore *ed. a. 1480* ‖ 11 acsasipientibus *L*[1]: ac si sap. *AA CA*: ac si a sap. *BA*: *corr. Dousa pater*: a sap. *Mu.* ‖ *fuerat in archetypo* acsipientibus ‖ 14 ingeniosust scripsi: ingenio *sit LAA BA*: ingeniosa sit *CA*: ingenuos sit M.

519. 520 M.

M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'nec in hac dissensione suscepi populi causam, sed bonorum'. — idem de Republica lib. VI (1): 'et vero in dissensione civili, cum boni plus quam multi valent, expendendos civis, non numerandos puto'. — Afranius Suspecta (321):

nóli ex stultitiá multarum crédere esse animúm meum.

CENSERE et ARBITRARI veteres cognatione quadam socia ac similia verba esse voluerunt. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'quod verbum censeo et arbitror idem poterat ac valebat'. — Plautus in Rudente (167):

non vídisse undas *mé* maiores cénseo.

idem in Menaechmis (555):

demam hánc coronam atque ábiciam ad laevám manum,
ut, sí sequentur, me hác abisse cénseant.

Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'itaque quod hos arbitros instituerunt populi, censores appellarunt: idem enim valet censere et arbitrari'.

AFFICI malis tantum consuetudo praesumpsit, cum sit positum et bonis. M. Tullius de Officiis lib. I (149): 'sicuti aliquo honore aut imperio ‖ affectos observare et colere debemus'. — Varro Eumenidibus (121):

corónam ex auro et gémmis fulgentém gerit,
lucé locum afficiens.

DECVRIONES et CENTVRIONES a numero, cui in militia praeerant, dicebantur; ACCENSI, qui his accensebantur, id

---

21—24 Censere—idem; 29—31 itaque—arbitrari; 5—7 Dec.—adtribuebantur.

---

16 sed paucorum *Quich.* ‖ 17 de Rep. *secl.* (?) *Mu.* ‖ enimvero *Iun.*: ego vero (?) *Mu.* ‖ 18 bonis *L C*[4] ‖ 20 extultitia *A*[4] ‖ 21 cognitione *L*[1] *A*[4] ‖ 22 varro de re rustica: *corr. Popma* ‖ 23—24 id. et ar. *Mu.* ‖ 25 me *om.* ‖ 28 si *om. C*[4] ‖ ut si quis (qui) sequatur hac me *codd. Pl.* ‖ 31 idem *ed. a. 1476*: id ‖ 32 de m. *Mu.* ‖ 33 et de b. *Mu.* ‖ 33—1 *cf. 359. 27* ‖ 1 siquo *al. codd. h. l.* ‖ 2—3 *cf.* 540. 15 ‖ 3 cor. et ex *A*[4] ‖ 6 praeparant *L*[1].

est adtribuebantur. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'i quidem ascriptivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur'.

LATERES aput quosdam, ut scrobes, cuius generis habeantur, incertum est: sunt autem generis masculini. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'nam lateres argentei atque aurei primum conflati atque in aerarium conditi'. — et in alio idem (Sat. Men. 96):

. . later quod cónquadravit régius.

MODESTIA, MODERATIO, MODVS, MODICVM, MEDIOCRE hunc habent ordinem, quod modestia fundamentum, soliditas, basis ipsa virtutis est. e qua gignitur moderatio, quae temperat aurigatque modos, qui ex supra memoratis disciplinis in factis [sunt] et in dictis et ceteris talibus, quae agendi officia sunt, iniunguntur. modicum vero moderatum est; mediocre quod medium. ita saepe positum in magnis auctoribus aucupavimus. Varro Cato vel de liberis educandis (24): 'omnia, inquam, in docendis pueris, quae demta non prohibent virum bonum fieri, mediocria [modica] sunt'.

PROVENTVM etiam malarum rerum dici || veteres voluerunt. Lucilius lib. XXVI (18):

dénique adeo mále me accipiunt décimae et proveniúnt male.

5—7 Dec.—adtr.; 10—15 acc.—cond.; 17—20 Mod.—modos; 22—24 modicum—aucupavimus.

---

8 III (IIII *EP*) qui de ascribtivis (-ipt-): *corr. Quich.*: III; qui qu. as. *Mu.*: III; quidam as. *Reitzenstein* ('*Verr. Forsch.*' *p. 31*) || 9 quia e. augebant n. *Mu.* || 11 quid pugnabant L^1: quia p. *Mu.* || fundis *Popma*: pugnis || et his D^A: is *vel* id est *Mu.* || qui ferentur C^A || 15 (et)—16 *secl. Mu.* || 15 al. loco id. *Ald.* || 16 *cf. 131. 10* || quem *codd. h. l.* || 19 vasis || 21 facti C^A || sunt *om.* B^A || 22 officiant iuntur $L^1 C^A$: officia sunt iunguntur $A^A B^A$: corr. *Quich.* || 25 *verum* || modica *del. Ries.* || 3 deinque (-ae): corr

INBVERE consuetudo inducere existimat, cum sit proprie maculare vel polluere vel inficere. Accius Armorum Iudicio (151):

intér quos saepe et múlto inbutos sánguine.

idem Melanippo (433):

credíti' me amici mórte inbuturúm manus?

Pacuvius Periboea (299):

nám si te regerét pudor
sive ádeo cor sapiéntia inbutúm foret.

M. Tullius de Republica lib. V (11): 'quae cum Scipio dixisset, admodum probans Mummius (erat enim odio quodam rhetorum inbutus)'. — Varro Ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν (95):

at régis ensis sánguine inbutús nigro.

Sallustius Catilinae Bello (11, 3): 'ea quasi venenis malis inbuta corpus animumque virilem effeminat'.

Vergilius lib. VII (554):

quae fors prima dedit, sanguis novus inbuit arma.

M. Tullius in Hortensio (23): 'ut i, qui conbibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam, sic litteris talibusque doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam inbui et praeparari decet'. — Varro Agathone (11): 'ideo quod maiores nostri virginis acerbae auris veneriis vocabulis inbui noluerunt'.

4—8 Inb.—man.; 15—17 Varro at—effeminat.

---

4 Induere C^A || ind. vel inficere (*cf. v. 5*) ex.: *corr. Ries.* || 6 inbutus *Both.* || 8 crediti L^1C^A: credite A^AB^A || mortem: *corr. Iun.* || manu C^AD^A || 10 tegeret: *corr. Bentin.* || 13 admodum *bis L* || nummius: *corr. ed. princ.* || 14 quodam *duo Maii codd. Vatic.*: quorum || 15 sensis C^A || 19—21 (quib.) *cf. 386. 13* (*s. v.* sufficere, ab inficiendo) || 19—20 conbibitur puram C^A: conbibit (comb.) purpuram *rell.* || 21 liberalibusque *Usener*: *aliisque Mu.* (*sed vide Plasberg. p. 55*) || 22—23 *cf. 247. 23* (*s. v. acerbum*) || 23 veneris.

COMPOTEM bonae rei solum dici existimatur, cum etiam mala † re positum sit. Accius Clytaemestra (36):

cúr me miseram inrídet magnis cónpotem et multís malis?

MIRA et MIRACVLA veteres pro monstris vel horrendis ponebant. Lucilius Satyrarum lib. I (40):

miracla ciet elephantas.

Plautus in Amphitryone (616):

nímia memoras míra. sed vidístin uxorém meam?

Vergilius Georg. lib. IV (441):

omnia conmutat sese in miracula || rerum.

DIEM volunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare; masculino diem ipsum. nos contra invenimus.

Turpilius Paedio (158):

quando équidem amorem intércapedine ípse lenivít dies;

id est: ipsum tempus. Pacuvius Duloreste (115):

gnatám despondit: núptiis hanc dát diem.

Vergilius Aeneidos lib. II (132):

ergo dies infanda aderat. mihi sacra parari.

VICTOREM altae rei superatorem dici voluit Vergilius Georgicon lib. II (306):

inde secutus
per ramos victor atque alta cacumina regnat.

---

24 existimat *L A^A* (?) *C^A*: existimant (?) *Mu.* || **25** (mala rei *H*[1]): malae rei *Mu.*: in mala re *Quich.* || **26** me *A^A*: meae *L B^A C^A* || malis *Lipsius*: magis || **27** et] et vel *L ex corr. A^A C^A*: vel *L ante corr. B^A* || **29** ciet elefantas (tel-) *L* (c. et el. *L*[1]) *B^A C^A*: ciet elefantes (tel.) *A^A*: cient e. *Iun.* || **31** vidisti noxorem *C^A*: vidisti uxorem *rell.* || **32** Georg. *om. L A^A C^A* || **4** q. et quidem *L A^A C^A*: quandoq. *Gulielm. Verisim.* II, 23 linivit *C^A* || **9** *sup.*] superatorem rem *A^A* || **12** perque e

VER SACRVM quidam dictum putant, ut plerumque, vitabile et execrandum. sed Sisenna religiosum dicit Hist. lib. IV (99): 'quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos'.

APVT, ad. Lucilius lib. XXX (65):

aut cum iter est aliquo et causam conmenta viai
aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

error consuetudinis aput pro in utitur. itaque vitiose dicimus, cum nos in foro fuisse dicamus, aput aut ad forum fuisse, cum aput iuxta significet. Accius Eurysace (342):

ápud ipsum adstas.

Turpilius Leucadia (125):

utinám nunc apud ignem áliquem magnum adsídam!

M. Tullius de Republica lib. III (40): 'cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat'. — Accius Diomede (277):

ádsum apud te, génitor.

Sallustius in Iugurtino Bello (98, 4): 'ceterum apud aquam Syllam ‖ cum equitibus noctem agitare iubet'.

13—16 Ver—fact.; 20—22 error—sign.; 25—28 Turp. utinam—sedens; 30—2 Acc. ads.—invenimus.

---

15 vovisses tres $C^A D^A$ *ut vid.* (vovisse se tres *Montepess.*: vovisse tres *Paris. 7665 Oxon.*) ‖ 17 *null. lemm. in* $L A^A$ ‖ 18 at *Gulielm.* ‖ (tum $E^1 P$) ‖ 18—19 conmentavi (comm.) aut (ut $E^1 P$) ap.: *corr. Lipsius* ‖ 19 bito ap. *Mu.*: it ap. *Postgate* (*Journ. Phil. XXVI, 318*) ‖ 21 fuisse se d. $L B^A C^A$ ‖ ad *om. L*: aut ad *del. Ald.* ‖ 23 adistas: *corr. Me.*: adsistas *Gerlach.* ‖ 26—29 *cf. 68. 12, ubi locus prorsus aliter scriptus est* ‖ 1 agitari $C^A D^A$.

|| apud etiam pro in dictum invenimus; ut Terentius in Andria (302):

. . apud forúm modo e Davo aúdivi . . . . .

M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 48): 'cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano'. 5

PRO et ante significat. Vergilius lib. VIII (653):

stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat.

OPERARI est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis litare vel convivari. Pomponius Praecone Posteriore (133):

ád Veneris proféctust mane vétulus, votum ut sólveret; 10
íbi nunc operatúst.

Afranius Excepto (140):

proficíscor. res, tempús, locus, semul ótium hortabátur, utí operata illúm Dianae dégerem sanctúm diem.

idem in eadem (143): 15

iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoveri. sólvo operám Dianae.

Vergilius Georg. lib. I (339):

laetis operatus in herbis.

Lucilius lib. XXX (67): 20

aut operata aliquo in celebri cum aequalibu' fano.

30—2 Acc. ads.—inv.; 4—5 M. Tull. cenam—tyndaritano.

---

2 (apud)—5 *secl. Mu.* || 3 id dabo aut ibi C^A: id dabo audibo L^1: id dabo autibo B^A: id dabo aut dibo A^A || 4—5 (cen.—vill.) *cf. 278. 22* || 11 operatur *Quich.* (*sed cf. Journ. Phil. XXVI, 315*) || 13 ho. ot. *Quich.* || 14 ut operatam $L\,B^A\,C^A$: ut operam A^A: *correxi*: *fort.* ut óperata operam || illei (*adv. loc.*) *Mu.* || deg. s. d. Di. *Both.*[2] || degerem H^3: digerem (dierem C^A) *rell.* || 19 laetus (le.) B^A || operatus est in C^A || 21 operat. al.: *corr. Gulielm.* || inlecebri C^A.

SEXAGENARIOS PER PONTEM mittendos male diu popularitas intellexit, cum Varro de Vita Populi Romani lib. II honestam causam religiosamque patefecerit: 'cum in quintum gradum pervenerant atque habebant sexaginta annos, tum denique erant a publicis negotiis liberi atque otiosi. ideo in proverbium quidam putant venisse, ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere id est, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant'.

STRICTVRAE dictae sunt quae de ferro candenti micant, cum massa malleis cuditur: unde et incus est appellata. dictae autem quod aut strictius || emittantur aut quod oculos fulgore perstringant. Vergilius lib. VIII (420):

stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat.

PROXIMVM dicebant veteres non solum adhaerens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium extitisset. Vergilius Aen. lib. V (320):

proxumus huic, longo sed proxumus intervallo,
insequitur Salius.

ita et Sallustius in situ Ponti (Hist. III, 77) de promunturiis Paphlagonum et quod Κριοῦ μέτωπον appellavit posuit.

MEMINI illam rem difficilius dictu putant plurimi. Vergilius in Bucolicis (IX, 45):

numeros memini, si verba tenerem.

et (VII, 19):

alternos Musae meminisse volebant.

22—3 Sexag.—anhelat.

---

22 non mit. *Mu.* || 27 proverbio: *corr. ed. a. 1471* || uenisse se ut *L* || 28 id e. de. op. *Mu.* || ferebat L^1: -batur (?) *Mu.* || 30 et] etiam *codd. Prisc. I, 270. 1* || 1 (dict.)—2 (perstr.) *secl. Mu.* || 2 praestr. *edd.* || 2—3 *cf. 21. 13* (*cf. Class. Rev. XVI, 50*) || 6 extitisset sed C^A || 8—9 Salius ita et *om.* C^A (*cum* E^1P) || *10 et eo quod Mu.* || trium etopon: *corr. Ald.* || appellant *Mu.* || *12—13 cf. 353. 1* || 15 *cf. 499.* 31.

Cicero de Oratore lib. III (214): 'quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere ferretur?'

TVRBAM et TVRBAS diversam volunt habere significationem, ut sit turba populi conventus, turbae turbationes. nos contra lectum invenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Athamante (191):

ah dúbito! ah quid agis? cáve ne in turbam te ínplices.

idem Stasiastis vel Tropaeo (608):

nón vides, quam túrbam, quantos bélli fluctus cóncites?

Turpilius Thrasyleone (199):

nemo úmquam vidit ébrium ire intérdiu
neque túrbam facere néque fores exúrere?

Terentius in Eunucho (616):

néquam ille hodie insánus turbam fáciat aut vim Tháidi.

M. Tullius de Senectute (84): 'cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar cumque ex hac turba et conluvione discedam'. — || Plautus in Aulularia (405):

redeo intro, nequid hic turbae fiat.

Caecilius in Imbriis (101):

mirum ádeo, nisi fratér domi ebriátus turbam aliquám dedit.

DEMENSVM Terentius in Phormione quasi deminutum posuit (43):

quod ille únciatim víx *de* demensó suo,
suúm defrudans génium, conpersít miser.

18—525. 4 *fort. post 521. 23 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 31*) || 19 turbam p. L^1 || 19—20 turbationem: (*corr.* L^2) || 20 nosti c. L^1: nos econtra (?) *Mu.* || 22 an d.: *corr. ed. a. 1526*: ac d. *Mu.*: haut d. *Both.* || ha || inplicis (imp.): *corr. ed. princ.* || 24 belli *Mu.*: vel || 27 fecere *L* || 29 f. ausum tahidi || 30 illum || 31 (cumque)—1 *cf. 82. 6* || 1 discebam C^A || 2 t. hic itidem fiat *codd. Pl.*: hic it. t. fuat *edd. Pl.* || 4 ebriatus Bue.: ebrius || 6 de *om.* || 7 *cf. 31. 10; 117. 24.*

|| Cicero Oratore aestimatum vel aequatum dicit (38): 'quae non ex insidiis, sed aperte, palam elaboratur ut verba verbis quasi demensa et paria respondeant'.

SVPERVACVVM non putat oportere dici Varro de Vita Populi Romani lib. IV, sed supervacaneum: 'in quo est supervacuum pro supervacaneo'.

CAECVM veteres pro inprovido dixerunt. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'neque id caeci consules fecissent, quei mandata arcana T. Ampio dedissent, ut audivi dicentem Cn. Magnum'.

Quotiens per accusativum casum ANNOS vel DIES loquimur, iuges annos vel dies significamus; quotiens per dativum, intervallum interiectis aliquibus annis vel diebus. itaque qui optantes multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Vergilius Georg. lib. II (293):

ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
convellunt: inmota manet multosque per annos
multa virûm volvens durando saecula vincit.

Plautus Trinummo (166):

. . quia, ruri dúm sum ego unos séx dies,
me absénte atque insciénte, inconsultó meo
aedís venalis hásce inscripsit litteris.

11—13 Sup.—supervacaneo; 17—23 Quot.—annos.

---

8 cic. de orat. || aest.] assimilatum *Mu.* || aequantum C^A || 9 quae] de industriaque *Quich.* || ap. et (ac) pal. *codd. Cic.* || elaborat ut: *corr. Me.* || 10 respondeant L^1: -deat *rell.* || 14 inuido $L\,C^A$ || 15 consulis || 16 qui *Martini, Laguna*: quae || tampio sedissent: *corr. Lipsius* || ut aud. dic. *Popma*: aut dividi centum: uti vi discedentem *Mu. post Lagun.* || Magnum * * * *Mu.* || 17 ad nos $C^A D^A$ || 18—19 per d. per int.: *corr. Quich.* || 21 dix. mel. $C^A D^A$: dixerunt $L\,A^A$ || 22 fabra D^A || 27 *inc.* me: inconsultu meo *codd. Pl.* || 28 inscribit *codd. Pl.*

Turpilius Philopatro (182):

ecce aútem tuo more, út soles; vidére mi 30
aegré pati quia hós dies conplúsculos
intércapedo || súmti faciundí fuit. 1

idem Hetaera (77):

rús ad illas cónmigrat;
habitámus hiemem tótam cum muliérculis.

Vergilius Georg. lib. IV (507): 5

septem illum totos perhibent ex ordine menses
flevisse.

Cicero de Republica lib. I (inc. 3): 'nec tantum Carthago habuisset opum sescentos fere annos sine consiliis et disciplina'. — idem de Republica lib. II (53): 10 'itaque illa praeclara constitutio Romuli cum ducentos annos et XX fere firma mansisset'. — Sallustius Hist. lib. I (113): 'et Diponem, validam urbem, multos dies restantem, pugnando vicit'. — Lucilius lib. XXVI (98):

quí sex menses vítam ducunt, Órco spondent séptimum.

invenimus et in Varrone multis annis continuis dici, 15 *περὶ γεγαμηκότων* (168):

cuius ubi annis multis masculi vestigium inventum est.

Dubio potius quam difficili intellectu vates posuit Mantuanus (Aen. IV, 697):

sed misera ante diem subitoque accensa furore;

8—13 Cic. nec—vicit.

29—1 *cf. 484. 26* (*s. v.* sumpti) || **31** ae. id p. *codd. 484* || **6** s. illos: (*corr. H*²) || **9** sescentum C^A D^A || **10** de Rep. *del.* (?) *Mu.* || **11** it. illa] ita quia C^A: *om.* D^A || **12** XXXX *Maius* || **13** disponem D^A || vincit (*Paris. 7666 Lugd.*) *vel* vicit (*Bamb.*) C^A || **13—14** *cf. 283. 25* (*s. v.* ducere) || **15—17** *stant post 527. 12. In ima marg. archetypi adscript. erant* || **15** de cont. *Mu.* || **17** anni A^A: animi C^A || mustis C^A || mu. nullum ma. Vahlen. || maculae *vix vest. Mu.* || *vix* inv. e. vest. || **18** dubio om. C^A

quom huic sententiae adversetur versus eius cum opinione sentiens plurimorum (Aen. VIII, 334):

FORTVNA omnipotens et ineluctabile fatum.

verum sensibilitatis eius non levis ratio est, quae prima sententia philosophica accipit intellectum, quae ait (Com. pall. inc. 75):

sui cuíque mores fíngunt;

omnipotens fortuna esse desivit; quod Sallustius mire (Cat. 2, 5): 'fortuna simul cum moribus inmutatur'. — ac per hoc ex ea similitudine iam fatum ineluctabile esse non poterit, quod, *quom* ex una causa fortuna ferri videatur et FATVM, potest etiam fatum morum mutabilitate converti, ut ex his aut celer aut tardum aut bonum fiat aut pessimum. accensa enim furore Dido amoris iniqui violentia, quia, ut ipse ait (Buc. X, 69):

omnia vincit amor,

ante diem merito videtur || occidere. quod etiam Homeri eius modi est, quem Vergilius noster omni aemulatione sectatur (Odyss. I, 34):

σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν,

quod est *ὑπὲρ μόρον* ultra decretum. quod si admittitur ut ulterius protendatur, quoniam id ex moribus factum est, quod significat *σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν*, admittere poteritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, ut intra diem posset admitti, quoniam recepit, ut Homerus ait, magnitudinem ultra vim fati.

---

20 quem h.: (*corr.* B^A) || 23 non] nunc *Mu.* || quae] quia si *Roth.* || 24 prima] prisca *Mu.* || 25 fing. fortunam hominibus *Corn. Nepos vita Attici 11. 6* || 26 desinit *ed. princ.* || 28 eam $L A^A C^A$ || 29 cum *add. Mu.* || 31 celera aut *L* || 32 iniqua $L B^A C^A$ || quia *ed. a. 1471*: qui || 32—33 qui u. i. a. o. v. (*del.* amor) *Mu.* (?) *in append.* || 33 *cf. 446. 6* || 1 quid quod *Mu.* || *fort.* Homerus || 2 est sententia q. *Mu.* || 5 quod est $L A^A B^A$: *id est* C^A: in quo est *Mu.* || 7—8 potentis C^A: poterimus *Mu.* || *8 de] Didus Mu.* || 9 posset *Mu.*: possit || ait mali magn. *Mu.*

INPOTENTIAM etiam potentiam auctoritas dedit. Sisenna Historiarum lib. III (50): 'sublatus laetitia nimia atque inpotentia conmotus animi'.

DONA consuetudine haec habentur quae aut propitiandis dis dantur aut hominibus pro benefactis redduntur; sed auctoritate pro ultione posita manifestum est.

Vergilius in Bucolicis (VI, 78):

aut cum mutatos Terei narraverit artus,
quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

QVANDO pro quoniam dici potest. Vergilius lib. VI (106):

unum oro, quando hic inferni ianua regis
dicitur.

et rursus idem (Aen. I, 261):

hic tibi; fabor enim, quando haec te cura remordet.

VEL pro etiam est. M. Tullius Epistula ad Brutum lib. VIII (3): 'et quod te tantum amat ut *vel* me audeat provocare'. — Lucilius lib. XXIX (98):

hóc invenisse únum ad morbum illum hómini vel bellíssimum.

M. Tullius de Officiis lib. II (23): 'contraque benivolentia fidelis vel ad perpetuitatem'. — idem in Hortensio (44): 'vidi in dolore podagrae nihilo illum vel omnium maximum Stoicorum, Posidonium, quam Nicomachum Tyrium, hospitem meum, fortiorem'. || Vergilius Georg. lib. III (204):

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

13—17 Dona—pararit.

---

10 etiam $L^1 B^A$: enim $A^A C^A$ || 12 animi *secl. Mu.* || *seq. 526. 15—17* || animi (inuenimus)] animum (uenimus) C^A || 15 positum: *corr. Mu.* || 16 aut ut A^A (*cum Verg.*) || 17 *cf. 461. 12* || 23 Epistularum *Mu.* || 24 vel *add. ed. a. 1476* || 26 huius inv. A^A || invenisset: *corr. Vahlen.* || hominis *Mu.* || 28 vel *om.* A^A.

Varro Eumenidibus (162): 'ex his atque eius modi institutis ac vita vel ad Herculis athla athletae facti erant'. idem Vergilius (Buc. VIII, 69):

carmina vel caelo possunt deducere lunam.

et Terentius in Eunucho (397):

vel rex.

DE, pro ab. Lucilius lib. XXVI (42):

. solus iam vím de classe próhibuit Vulcániam.

PILVMNVS et PICVMNVS di praesides auspiciis coniugalibus deputantur. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'natus si erat vitalis ac sublatus ab obstetrice, statuebatur in terra, ut aspiceretur rectus esse; dis coniugalibus Pilumno et Picumno in aedibus lectus sternebatur'.

CADVCEVM pacis signum Varro pronuntiat de Vita Populi Romani lib. II: 'verbenatus ferebat verbenam; id erat caduceus, pacis signum; quam Mercuri virgam possumus aestimare'.

Qui liberi fiebant, ea causa CALVI erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere, ut naufragio liberati solent. Plautus in Amphitryone (461):

út ego hodie ráso capite cálvus capiam pílleum.

LVCIS, numero plurali, quod sunt dies. Varro Hebdomadum sub imagine Demetri:

---

16 Cad.—sign.; 17—18 Varro verb.—aestimare.

---

5 aciuita L^1 || ad] ab CA || athla *om.* AA || athletae] aptei *Mu.* || 5 (idem)—8 *secl. Mu.* || 5—6 *cf. 289. 9* || 10 iam] idem *vel* etiam *Mu.*: Aiax *Passerat.* || de classe *Ald.*: declarasse || 11 picuminus LBA: picuminus (*Paris. 7665*) *vel* picumnus (*Lugd. Bamb.*) CA: picumnus AA || 14 terra aut auspicaretur rectus esse diis: terra ut (*mrg. Iun.*) aspiceretur num rectus esset deinde dis *Mu.* || 17 verbrunatus (-brutn- AA): *corr. Me.* || 18 eidem erat *Mu.*: *fort.* derat || quam *Kettner.*: nam || 20 videntur L^1CA: viderentur *Mu.* || (et naufr. *G*) || 23 q. (*pro* quot?) *s. d. secl. Mu.* || 23—24 Hebd. VIII *Ritsch.*

híc Demétrius ést † catus 25
quót lucís habet ánnus ábsolútus;

Quotiens genere neutro, plurali numero OPERA legerimus, significantur fabricae. Vergilius Aen. lib. IV (88):

pendent opera interrupta minaeque
murorum ingentes. 30

cum genere feminino, numero singulari, intellegendum aut opus || vel labor pro mercede sumta (Plautus in Asinaria [172]: 1
pár pari hostimentum datum, ópera pro pecúnia)
vel occasio et facultas aut opportunitas. Plautus in Aulularia (199):
dá mi operam parúmper, si operaest, Eúclio, id quod té volo.

Afranius Vopisco (373): 5
deinde íd quod dedita ópera controvérsiae
concínno.

VILE positum legimus pro frequenti. Varro Virgula Divina (568):
ád quos cúm volucrés venít putíllos
úsque ad límina † nidica vilis. 10

Vergilius Georg. lib. I (227):

vilemque phaselum.

PRAETER, pro ante vel per. Varro Eumenidibus (149): 'en † domum praeter matris deûm aedem exaudio cymbalorum sonitum'. — Cicero in Verrinis lib. II (III, 62): 15 'praeter oculos Lolli ferebant'.

---

25 est tot aptu' signa *Quich.*: iconas tot aptust *Roeper.*: aeneas (aereas *Schrader.*) tot aptust *Scal.* (*sed cf. illud* † cata *492. 4*) || 28 III C^A || 1 labore $L\,B^A\,C^A$ || 1—2 *cf. 3. 27* || 2 h. datum est *codd. 3*: datum hostimentumst *codd. Pl.* || 5—7 *cf. 433. 30* (*s. v.* morata et morosa) || 7 acinno C^A || 8 fenti L^1 || 8—10 *cf. 336. 8* (*s. v.* limen) || 9 ad quos *codd. 336*: atabos *codd. h. l.* || ve. apud illos *codd. h. l.*: ve. ut illos *codd. 336* || 10 nitida bilis *codd. 336*: niduli (*Mu.*) esca v. *Scal.*: nidi amica v. *Bue.*: *fort.* nidi Educa (-di-) v. || 12 vaselum C^A || 14 iens d. *Bue.*: in domu *Mu.* || matrem: *corr. Iun.* || 15 in Verrem II *Mu.* || II om. A^A || lollii *codd. Cic.*: loli B^A: oli L^1: soli C^A: solia A^A.

529. 530 M.

FAETIALES apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ab his, qui adversum populum Romanum vi aut rapinis aut iniuriis hostili mente conmoverant, pignera facto foedere iure repetebant; nec bella indice-
20 bantur, quae tamen pia vocabant, priusquam quid fuisset faetialibus denuntiatum. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'itaque bella et tarde et magna diligentia suscipiebant, quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere: priusquam indicerent bellum îs, a quibus iniurias factas sciebant, faetiales legatos res repetitum mittebant
25 quattuor, quos oratores vocabant'. — idem lib. III: 'si cuius legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, uti dederentur civitati statuerunt; faetialesque viginti, qui de his rebus cognoscerent, iudicarent et statuerent et constituerent'. ||

1 ATQVE particula si diligentius intellegitur, multam habet significantiam; ut vel illud est Enni (Ann. 519):

atque atque accedit muros Romana iuventus;

quod est festine et intrepidanter accedit. significat etiam
5 celeriter et statim; ut Vergilius in Georg. lib. I (202):

si brachia forte remisit,

atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

habet etiam huius modi intellectum, ut dicas: aliter ego feci vel locutus sum atque tu, hoc est: aliter ego ac tu vel quam tu.

16—25 Faet.—vocabant.

---

17 is (?) *Mu.* || 18 vi *Me.*: qui *L A^A B^A C^A*: *om. D^A* || m. se conm. *Mu.* || 19 pignere *A^A* || foedera *L A^A* || facti foederis *Mu.* || 20 tamen p.] etiam p. (?) *Mu.*: *vix* tum inpia || prius (*om.* quam) *L* || 21 a fae. *Guietus* || renuntiatum *Mu.* || 22 bella t. *D^A B^A* (*H² E²*): bella t. (*Lugd. Bamb.*) *vel* bella et t. (*Paris. 7666*) *C^A* || dil. *Niebuhr.*: licentia || 24 petitum *D^A* || 25 IIII *C^A* || 26 siqui ius *Mu.* || qui id *ed. a. 1471*: quid || 28 agnoscerent *C^A* || et *secl. Mu.* || constituerunt (*del.* et) *Perottus 31, 55* || 3 atque atque acc. *codd. Gell. X, 29* || *accedit codd. Gell.*: accendit || 4 accendit || 5 II *C^A* || 8 (huiuscemodi *PE¹*) || 9 ac tu vel *fort. secludend.*

INTRA non solum id significat quod consuetudine persuasum est, ut intra modum, hoc est: a modo minus, sed etiam in ipso modo; ut intra calendas dies etiam ipsae calendae accipi debeant; ut intra oppidum et intra cubiculum cum dicitur, in oppído et in cubiculo dictum esse videatur. idque ita positum in multis veteribus, set non ita claris scriptoribus invenitur.

NEGATIVAS DVAS negativam significantiam nove habere, Varro Bimarco (45):

τρόπων τρόπους qui nón modo ignorásse me
clamát, sed omnino ómnis heroás negat
nescísse.

Quod ludis pueri praesules essent GLABRI ac depilis propter aetatem, quos antiqui Romani LYDIOS appellabant, ut est in lib. I Varronis de Vita Populi Romani, ideo Plautus in Aulularia (401):

tu ístum gallum, sí sapis,
glabriórem reddes míhi quam vulsus lýdiust.

DEINSVPER. Sallustius Historiarum lib. I (126): 'Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperi discrimine per calonum corpora ad medium quasi, deinsuper stantium || manibus in murum adtollitur'.

SIFILARE (quod nos, vilitatem verbi evitantis, sibilare dicimus: et est maledica vocis significatio vel contumeliosa popularium, cum sifilationibus quis exploditur) a graeco

---

2—7 Sif.—*σιφλ.*

---

13 etiam intra: *corr. ed. a. 1471* || **15** sed *Ald.*: et (*praec.* s) || **16** nobe (-ae L^1): *fort.* non vetat || **16—17** hab. voluit V. *Mu.* || **24** satis || **25** reddis || lydius || **26—1** *cf. 282. 22* (*s. v.* discrimen) || **27** partis *codd. h. l.*: fortis *codd. 282* || turbam or. *codd. h. l.*: turba mor. *codd. 282*: *corr. Me.* || **28** solet *codd. 282*: semet *codd. h. l.* || **1** mediam *codd. h. l.* || adstantium (asst.) codd. 282 || **2** vitantis B^A || **3** voci *L* || **4** cum pop. sif. D^A.

ducere originem invenimus. huius rei auctor est venerabilis Homerus in lib. XIV Iliados (142):

ἀλλ' ὁ μὲν ὣς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ἑ σειφλώσειε.

NVBENTES veteri lege Romana asses III ad maritum venientes solere pervehere atque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa marito dare, alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere, tertium, *quem* in sacciperione condidissent, conpito vicinali solere † resenare. inde Vergilius Georg. lib. I (31):

teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

quos ritus Varro lib. I de Vita Populi Romani diligentissime percucurrit.

SECVNDVM non solum numeri est *et* ordinis vel prosperum, quod plerumque positum legimus, sed etiam iuxta. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'Tullum Hostilium in Veliis, ubi nunc est aedis deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis secundum viam sub sinistra'.

Vergilius Georg. lib. III (143):

pascuntur vero silvas et plena secundum
flumina.

FORNVM et FORNACES dicuntur a formo, quod est calido: inde forcipes, quod candens teneant ferrum; ut Vergilius lib. VIII (453):

versantque tenaci forcipe massam.

2—7 Sif.—*σιφλ.*; 24—8 Fornum—dirutus esset.

---

6 in *ed. a. 1471*: id est (idem *Lugd. Bamb. P*): *om. Ald.* || **9** solitae *Mu.*: solebant *ed. princ.* || perferre (?) *Mu.* || ad unum quemquem L^1 || **10** daret $L^1 A^A$: darent B^A || **12** quem *add. edd.* || condidisset: *corr. ed. a. 1480* || **13** solere *secl. Mu.* || res.] sacrare *Kettner.*: *fort.* reservare || **16** percurrit C^A || **17** est et *Quich.*: est: et *Ald.* || **20** velis || **21** mugiones || via: *corr. ed. princ.* || **21—22** *cf. 387. 7; 389. 25* || **22** plana $L A^A B^A$ || **24** *formo Passerat.*: forno || **25** VIIII C^A.

Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'cocula, quî coquebant panem, primum sub cinere, postea in forno'. cuius || utriusque vocabulum a formo ductum, id est a 1 caldore.

AERE DIRVTI appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis aut annua, quae esset in nummis aereis, subtrahebatur. Varro 5 de Vita Populi Romani lib. II: 'stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annuum dabatur; cui datum non esset propter ignominiam, aere dirutus'.

NEGATIVVS DVAS pro negativa una accipiendas Varro monstravit de Vita Populi Romani lib. II: 'qua ab- 10 stinentia viri mulieresque Romanae fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere'.

TABERNAS non vinarias solum, ut nunc dicimus, sed omnes quae sunt popularis usus, auctoritas Romana patefecit. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 'hoc inter- 15 vallo primum forensis dignitas crevit atque ex tabernis lanienis argentariae factae'.

STATILINVM et STATANVM et FABOLINVM puerilitatis praesides deos Varro Cato vel de liberis educandis affirmat (13): 'alii Statano et Statilino, quorum nomina habent scripta pontifices. sic cum primo fari incipiebant, 20 sacrificabant divo Fabulino'.

24—8 Fornum—dirutus esset; 13—24 Tab.—celerit.

---

28 cocebat (coq.): *corr.* D^A || primum *om.* $C^A D^A$ || cinerem: (*corr. Paris. 7666*) || **1** cuius *secl. Iun.* || *fort.* utriusque *secludend.* || a B^A: *om. rell.* || forno || dictum $C^A D^A$ || **1** (cuius)—**2** *secl. Mu.*: *Varroni dat Quich.* || **4** ignomiam $L A^A$ || **5** in *secl. Mu.* || aeris $C^A D^A$ || **7** aes quod D^A (*cum* $E^1 P$) || annum $L B^A D^A$: annum (*Paris. 7666*) *vel* annuum (*Lugd. Bamb.*) C^A || **8** esset *Mu.*: sit (*cf. infr.*) || ignomiam $L A^A$ || dirutus esset (est L^1): *corr. Mu.* (*cf. supr.*) || **10** quae C^A || **11** Romae *Mu.* || **14** populares (-ris B^A) || **16** credit: (*corr.* H^2) || lanienis L^1: lanignis *rell.* || **19** ali (ab H^2) || **20** (primum P^1).

XIII.

INCIPIT

DE GENERE NAVIGIORVM.

CELOX est navigium breve, dictum a celeritudine.
25 Plautus in Asinaria (258):
1 únde sumam? quém || intervortam? quó hanc celocem cónferam?

idem in Captivis (874):
vídi in publicá celoce, íbidem illum adulescéntulum.

idem in Poenulo (543):
5 óbsecro hercle, operám celocem hanc míhi, ne corbitám date.

Turpilius Lemniis (97):
rémulis sensím celox ab óppido procésserat.

Varro Hercules, Tuam Fidem (214): 'procella frigida † arte obruat celocem'. — idem Bimarco (49):
10 náutae rémivagám movént celócem.

CORBITA est genus navigii tardum et grande. Plautus in Poenulo (507):
tárdiores quám corbitae súnt et in tranquilló mari.

13—24 Tab.—celerit.; 7 Turp. rem.—processerat; 11—13 Corb.—sunt.

---

22 INC. *om.* D^A || 23 -RIBVS *Mu.* || 3 celocem (cae): -ce *Pl.* || ibidemque *codd. Pl.* || 4—5 *cf. v. 14* || 5 nec c. $L\,B^A$: ne (*Paris. 7666*) *vel* nec (*Lugd., Bamb.*) c. C^A || 9 arte] ante *Popma*: *mare Bue.*: ne *Mu.*: alte *Passerat.* || obruat atelocem C^A || *13 sunt in codd. Pl.*

idem in eadem (543):

óbsecro hercle, operám celocem hanc míhi, ne corbitám date. 15

Lucilius Satyrarum lib. XV (1):

multa homines portenta in Homeri versibu' ficta
monstra putant; quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes et porro huic maiu' bacillum
quam malus navi in corbita maximus ulla. 20

HORIA dicitur navicula piscatoria. Plautus in Rudente (910):

salute horiae, mari fluctuoso.

idem in eadem (1020):

méa opera, labóre et rete et hória . . . .

CERCYRVS navis est Asiana pergrandis. Plautus in 25 Sticho (366):

cúm percunctor pórtitores, écquae navis vénerit
éx Asia, negánt venisse. cónspicatus sum ínterim
cércyrum, quo ego mé maiorem nón vidisse cénseo.

Lucilius Satyrarum lib. VIII (18):

verum flumen uti atque ipso divortio . . . 30
iligneis pedibus cercyrum † concurret aequis.

17—22 Luc. multa—fluct.; 25—28 Cerc.—censeo.

14—15 *cf. v. 4* || **15** ne c. (*Paris. 7666*) *vel* nec c. (*Lugd. Bamb.*) C^A: nec corbitan B^A || **17** v. f. *Roth.*: versi ficta $L\,A^A\,C^A$: versus ficta D^A: versificata B^A || **18—19** cy. duc. D^A || **20** navis: *corr. Dousa pater* || **21** Hori A^A || piscatori A^A || **22** soluta D^A || horeia (-riae *Camerarius*) quae in m. *codd. Pl.*: horia m. || -sa *ut vid.* A^A || **24** meapperam: *corr.* B^A || laborare || recte: *corr.* B^A || **26** -to L^1 *ut vid.* || fortiores $L^1 A^A$ || et quae || **30** atque uti C^A || d. aquae sunt *Mu.*: d. aquarum *Iun.* || **31** ilignis *Iun.*: igneis || conferet *Mu.* || **30—31** fort. v. f. u. s. ipso velocior *igne* | *is* p. contra cerc. (vel cerc. contra) [illegible]

idem lib. XIV (1):

ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam ac Babylonem
ibo; cercyrum sumam.

Plautus Mercatore (87):

aedíficat navem cércyrum et mercés emit. ||

LEMBVS, navicula brevis piscatoria. Accius Deiphobo (128):

éo ante nocte hestérna, retia út proveherem et státuerem,
fórte aliquanto sólito lembo súm progressus lóngius.

Turpilius Leucadia (123):

. . . hortarí nostros coepi ílico ut celerent lémbum.

idem Lemniis (98):

lémbí redeúntés domúm
duae ád nós certátim ádcelerárúnt ratém.

Vergilius Georg. lib. I (201):

quam qui advorso vix flumine lembum
remigiis subigit.

Sisenna Hist. lib. III (38): 'Otacilium legatum cum scaphis ac lembis'. — Plautus Mercatore (193):

dum haéc aguntur, lémbo advehitur túu' pater pauxíllulo.

MYOPARO est navicula piratarum. M. Tullius de Republica lib. III (24): 'nam cum quaereretur ex eo, quo

---

1 Lemb.—piscatoria; 5 Turp. hort.—lemb.; 10—13 Virg. quam—lembis; 15 Myop.—piratarum.

---

33 et batanam: (*corr. H²*) || 34 summam *B^A* || 2 noctem *ed. a. 1471* || hesterna *Scriver.*: externa: extrema *Iun.*: extenta *Both.* || praeveherem: *corr. ed. a. 1471*: perv. *Mu.* || 3 (aliquando *Bamb.*) || solitus: *corr. Gerlach.* || 5 il. coe. *Mu.* || cederent *D^A*: celerarent *Ald.* || 8 certam: *corr. Both.* || ad nostram adc. *Grautoff.*: *fort.* ad nostram certa adc. || 14 t. pat. *om. L* || *paxillulo* || 15—18 *cf. 125. 13* (*s. v.* infestum mare haberet); *318. 17* (*s. v.* habere, facere).

scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone: eodem, inquit, quo tu orbem terrae'. — Sallustius Hist. lib. III (8): 'et forte in navigando cohors una grandi phaselo vecta a ceteris deerravit; marique placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa'. — 20 Sisenna Hist. lib. IV (106): 'navisque triginta biremis, totidem myoparonas'.

PHASELVS, navigium Campanum. Varro Desultorio, *περὶ τοῦ γράφειν* (85):

áliús dominí déliciás phasélon áctúm
† tonsillitorem ovilem flictam solvit. † 25

Sallustius Hist. lib. III (8): 'et forte in navigando cohors una, grandi phaselo vecta, a ceteris deerravit'. — Sisenna Historiarum lib. IV (105): 'prores actuariae, tragi grandes ac phaseli primo'.

LENVNCVLVS, navigium piscatorium. Sallustius Hist. lib. II (25): '[primo] incidit forte per noctem in lenun- 30 culo piscantis'.

ACTVARIAE, naviculae celeres, dictae quod || cito agi 1 possint. Sallustius Hist. lib. II (90): 'ad hoc pauca piratica actuaria navigia'. — Sisenna Hist. lib. III (39): 'quibus occisis actuarias ad viginti navis, item conplures onerarias incendunt'.

18—24 Sall. et—faselo nactum; 29—3 Len.—navigia.

18—19 (deerr.) *cf. v. 26* || **24** aptum *Gerlach.*: aptus *Gebhard.* || **25** tonsillae (*Ries.*) e terra mobilem in fluctum (*Oehler.*) resolvit *Mu.* || tónsíllis (*Quich.*) á lítore móbile ín fluéntúm | sólvít (*Roeper.*): *fort.* tónsíllitremó flíctu móbilém (*vel* levi flictu) resólvít || **26—27** *cf. v. 18* || **26** II C^A || **28** (III H^1) || parones *Heraeus* (*Rhein. Mus. LIV, 308*), *qui tut.* tragi || tragigantes A^A || **30** primo inc. *om.* D^A || lib. II, inc. *Mu.*: lib. primo, inc. (?) *Maurenbrecher.* || indicit: *corr. Me.* || -lum *Quich.* || piscandis $L\,A^A\,B^A\,C^A$: piscandi D^A || **2** possent $L\,A^A\,B^A$ || adhuc L^1 || **3** piraticae (-ce): *corr. Iun.*: piratica et *Maehly.* || **3—4** *cf. 536. 3* (*s. v.* onerarias) || **4** naves *codd. 536*: malis codd. h. l. \\ idem *codd. h. l.*

LINTRES, naves fluminales. Vergilius Georg. lib. I (262):

cavat arbore lintres.

SCAPHAE sunt naviculae quae maiores naves consecuntur. Sallustius Hist. lib. III (2): 'eum atque Metrophanen senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fideis percunctatum miserant'.

CODICARIAS naves etiamnunc consuetudo appellat eo, quod in fluminibus sint usui. Sallustius Hist. lib. IV (59): 'quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Euphraten, qua in parte Cappadocia ab Armenia diiungitur; et quamquam ad *D* naves codicariae, occulte per hiemem fabricatae, aderant'. — Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant; a quo in Tiberi navis codicarias appellamus'.

PRISTIS, navigii genus, a forma pristium marinarum, quae longi corporis sunt, sed angusti. Clodius Rerum Romanarum lib. XII (4): 'quinque pristis; navigiûm ea forma a marina belua dicta est'. — Vergilius lib. V (116):

velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

et (Aen. X, 211):

frons hominem praefert; in pristin desinit alvus.

5—8 Lintr.—cons.; 11—20 Cod.—angusti; 23 Virg. veloc.—prist.

---

5 II *L A^A C^A* || 6 cavo *C^A D^A* || 8 IIII: *corr. ed. a. 1471* || 9 metrofanens (*seq.* s) *L A^A*: -nens (*Lugd. Bamb.*) *vel* -nen (*Paris. 7666*) *C^A* || senatus] Sertorius *Dietsch.* || 10 fidis *Iun.*: fides || -tum *ed. princ.*: -tur || miserat *Quich.* || 11—12 eas, quae—sunt *Mu.* || 14 a flumine *D^A* || 15 ad *om. C^A D^A* || D *add.*(?) *Mu.* || 20 claudius || 21 navium *L*[1] || 22 dictum *Iun.* || 24—25 *(praef.) cf. 377. 35.*

CVMBA. Afranius Excepto (138):

. tum conscendó cumbam interibí loci piscatóriam;
vénio; iacitur áncora; inhibent léniter.

M. Tullius de Officiis lib. III (58): 'cumbarum ante pedes multitudo. pro se quisque || quod ceperat adferebat'. 1

ONERARIAS, de oneribus tardas. Sisenna Hist. lib. III (39): 'quibus occisis actuarias ad viginti naves, item conplures onerarias incendunt'.

ANQVINAE, vincla quibus antemnae tenentur. Lucilius 5 (III, 41):

armamenta tamen malum, velum, omnia servo;
funis enim praecisu' cito atque anquina soluta.

PROSVMIA, navigii genus. Caecilius Meretrice (110):

Cypró gubernator própere vertit prósumiam.

idem Aethrione (1): 10

de nócte ad portum súm provectus prósumia.

29—1 Cumba M. Tull.—mult.; 2—18 Oner.—tunicis.

---

